

ТАТ О ТАК
СЕРГИАН ГУАНЧЕ
ЛІМОД ОНІМ
ДОКАІМ

Ros 32099/2

DECISIONES
GVIDONIS PAPÆ.
IVRISCONSVLTI
GRATIONOPOLITANI.

COMMENTARIA
IN STATVTVM DELPHI-
NALE, SI QVIS
PER LITTERAS.

Hac postrema editione recognita, & summariis locupletata.



L V G D V N I,

EX OFFIC. Q. HVG. A PORTA, SVMPT. IO. DE GABIANO.

M. D V I I.

СОДОНИЯ ПАП


ИТАЛІЯ СОГОСУДИ

ІНДІЯ СОГОСУДИ

СОМІММОАІЯ

ДЕРІНІ МУТУТАГІ

ІСЛАМІЯ СОГОСУДИ



BIBLIOPOLA

AD LECTOREM.



 STERILI, & frigida statuti natura, quævi interpretationem patitur, tam vberem & fœcūdam nobis protulit rerum forensium messem in his ad Statutum Delphinale commentariis Guido Papius, vt operaæ pretium visum sit illa germano nitori, ac integritati restituta Grationopolitanis Senatusconsultis addere, vt Praxeos ciuilis studiosi causidicii, & iuridicundo præfecti iusto volumine integrām, & expeditam haberent, ad lites dirimendas, panopliam. Hæc ut scires, præfari voluimus. Vale.

a 2




INDEX §§. ET PRÆCIPVORVM
CAPITVM STATVTI.

Si quis per Litteras.

- | | |
|--|---|
| 1 §. Per literas iudicis. | De testium productione, & depositione. fol. 48 |
| <i>De literis iudicialebus, & earum executione</i>
& commissione. fol. 3 | 15 §. Cōmuni existimatione fide dignos. |
| 2 §. Propria manu signatas. | <i>De his qui à testimonio repelluntur.</i> fol. 53 |
| <i>De signatura, & subscriptione Iudicis.</i> fol. 9 | 16 §. Omni allegatione. |
| 3 §. Possessio. | <i>De exceptionibus.</i> fol. 60 |
| <i>De Possessione ciuili, naturali, & corporali, &</i>
<i>earum effectu.</i> fol. 11 | 17 §. Appellatione cessante. |
| 4 §. Interpretamur. | <i>De fatalibus, & attentatis in causa appella-</i>
<i>tionis.</i> fol. 64 |
| <i>De presumptione in possessoriis.</i> fol. 14 | 18 §. Manu militari. |
| 5 §. Per decem dies. | <i>De rei indicate executione.</i> fol. 81 |
| <i>De possessione decennio continuata & adepta.</i>
fol. 15. | 19 §. Restituetur deiectus. |
| 6 §. Notoriē. | <i>De restitutione spoliati.</i> fol. 81 |
| <i>Do notori⁹ differentiis & probatione.</i> fol. 19 | 20 §. Multabitur. |
| 7 §. Rei alicuius. | <i>De multa spoliationis, & eius excessu.</i> fol. 83 |
| <i>De varia rei appellatione.</i> fol. 26 | 21 §. Ultra pœnas. |
| 8 §. Vel quasi. | <i>Pœna violenter quempiam spolianis.</i> fol. 84 |
| <i>De vi turbativa, interdicto recuperanda posse-</i>
<i>sionis, & pensionis solutione.</i> fol. 27 | 22 §. Marcis argenti. |
| 9 §. Absque mandato iudicario. | <i>De auri libra, marca auri, & pondere flore-</i>
<i>rum.</i> fol. 86 |
| <i>De spoliatione inscio indice.</i> fol. 37 | 23 §. Fisci. |
| 10 §. Probata. | <i>De iure, & priuilegiis fisci.</i> fol. 85 |
| <i>De probatione possessionis spoliati.</i> fol. 37 | 24 §. Applicandis. |
| 11 §. Et electione. | <i>De multa pecuniaria applicatione.</i> fol. 91 |
| <i>De occultæ & fraudulenta spoliationis proba-</i>
<i>tione.</i> fol. 41 | 25 §. Mitigatione. |
| 12 §. Etiam absque violenti euocatione. | <i>De multa moderatione.</i> fol. 91 |
| <i>In quibus deroget iuri scriptio Statutū.</i> fol. 42 | 26 §. Violentia verò purgata. |
| 13 §. Per duos aut tres. | <i>De violentia, & expensis.</i> fol. 93 |
| <i>An paucioribus testibus, quam duobus probo-</i>
<i>tur possesso, aut spoliatio.</i> fol. 47 | 27 §. Auditetur quid fuerit violentus. |
| 14 §. Testes. | <i>Quando audiatur violentus in petitorio.</i>
fol. 97. |
| | 28 §. Clandestinæ. |
| | <i>De clandestinus & violentis possessoribus.</i>
fol. 99. |

F I N I S.



COMMENTARIA
D. GVIDONIS PAPÆ.
I. C. GRATIONOPOLITANI IN
STATUTVM DELPHINALE,

Si quis per Litteras.

STATUTVM DELPHINALE.

SI QVIS per litteras Iudicis eius propria manu signatas, aut voluntate illius, cuius erat possessio. Quam voluntatem interpretamur interuenisse. Ex quo per decem dies passus est notoriè possidentem possidere rei alicuius possessionem, vel quasi nactus fuerit, per quempiam absque mandato iudicario à prædicta possessione expulsus, aut deiectus fuerit, provata possessione & electione: etiam absq; violenti euocatione aliquali, per duos aut tres testes communi existimatione fide dignos, anni allegatione aut appellatione cessantibus expelletur violentus per Iudicem, vel ab eo deputatum, etiam manu militari, si sit opus, & restituetur deiectus, & reportetur ant e omnia in statum pristinum, & multabitur violentus ultra pœnas à iure statutas in decem marcis argenti, fisci ærario applicandis. Mitigatione tamen Iudici concessa secundum modum violentiæ & facultates violenti: violentia verò purgata per in statum pristinum reductionē expulsi, & expensarum ab eodem expulso factarum resūptionem audietur: qui fuerit violentus super ipsum allegandis. Quæ autem in violento statuimus eadem, & in clandestinas possessiones ingrediente intelligenda fore censemus, &c.

P R O O E M I V M .

S Y M M A R I V M .

- 1 *Huius statuti, primus conditor fuit Guliel. de Area, Delphi Guber.*
- 2 *Statuti confirmatio.*
- 3 *Causa qua authorem impulerunt, ut commentaria ederet.*
- 4 *Annum quo hac Commentaria et lira fuerunt.*

IN nomine sancte & indiuiduae Trinitatis, Patris, & Fili, & spiritus sancti, Amen. dictum Statutum Delphinal incipiēs. Si quis per litteras, &c. fuit conditum † per magnificum & potētem virum dominum Gulielmum de Area tunc Gubernatorem præsentis patriæ Delph. & publicatum, mādatūmque obseruari in omnibus Curiis Delphi. die 3. mensis Nouemb. Anno Do. 1408. † Ut inde confirmatum per Dc mi. nostrum tunc Regem Delp. vt patet in Camera Computorum Delphi. † et cum dictum statutum frequenter practicetur in magnifico Delphin. Parlamento in hac ciuitate Grationop. residenti. Et cæteris Curiis Delphi. mediis & immediatis. Et cum aliqui eum practicantes errent, tam circa intellectum ipsius Statuti, quā in modo eum practicandi. Ideo ego Guido Papæ, inter legum Doctores minimus, incitatis etiam ab aliquibus Domini Doctoribus præsentis ciuitatis 4 Grationop. in dicto Parlamento aduocantibus † de hoc anno nativitatis Domini 1463 & in die 11. mēsis Ianuarij. dictum Statutum glossare inchoavi, tam ex dictis opinionibus Doctorum antiquorum, & nouissimorum vtriusque Iuris, quā ex mei intellectus modicitate, pro declaratione & forma eum practicandi. Submittendo tamen ea quā inferius dicam, omnimodè correctioni & determinationi spectabilium Dominorum meorum præsentis, & Consiliariorum dicti magnifici Parlamenti, ac cuiuslibet alterius melius me sentiētis. Exemplo Augustini, in ca. si habes. 24. quæst. 3.

§. I. et litteras iudicis.

S Y M M A R I V M .

- 1 *Possessio vigore litterarum iudicialium quando iustè acquiratur, & ibid. exposita. memine rit.*
- 2 *Statutum ita intelligendum, vt legi communi non noceat.*
- 3 *Statutum recipit interpretationem de iure communi.*
- 4 *Iuramenum generaliter præstium recipit interpretationem restrictiūam ad ea quā sum iuris.*
- 5 *Statutum presupponit spoliati iustam possessionem, & ibid. pro iudice semper supponit.*
- 6 *Signatura iudicis facit præsupponi omnia fuisse solemniter acta.*
- 7 *Mandatum litterariorum iudicis iustè concessum excusat violentiam, & quando. 8. 9. 10 & 14,*
- 11 *Cancellatio litterarum tollit dispositionem vel actum.*
- 12 *Differentia inter cancellare & inducere.*
- 13 *Cancellans, vel falsificans acta, ultra pœnam perdit causam.*
- 14 *Licentia iudicis sua auctoritate licet ingredi possessionem absque executore, & an hoc ius posset.*

poteſt alteri cedere. 16.

- 15 *Nuncio Principis licet reſiſtere, niſi appareat de mandato.*
17. & 19. *Ordo mero excutori iudicialium litterarum quiſ statuendus.*
- 18 *Iudicis alterius territorij ad executionem requiſtas audiendi partem.*
- 20 *Conſervatorem Apoſtolicorum potestas expirat moriuo Papa, quoad nōdum coptā negotia & quiſ dicatur Conſervator.*
- 21 *Comiſſariuſ de petitorio potest cognoscere, & quando.*
- 22 *Miſſio in poſſeſſionem debet probari per litteras, non tantum per teſtes.*
- 23 *Clericatum qui litteras amiferit, poterit probare per teſtes: ubi fuſe quid per teſtes probari poſſit.*
- 24 *Affertiōnē Papa, vel alterius Principis, qua litteris continentur: huius non credendum in hiſ qua ſunt facti, niſi probetur: Papa vero affertiō pro lege eſt.*
- 25 *Si Notarius Curie poſt exhibitas commissionis litteras perdiſerit, ex actis Curie mitti potest in poſſeſſionem.*
- 26 *Litteris commissionis fides habenda non appoſita loco unde data.*
- 27 *Littere miſſionis in poſſeſſionem ſuper interlocutoria confeſſa, exequi licet, non obſtante appellatione, & quibus caſib⁹. 28. 29.*
- 28 *Comiſſariuſ debet exhibere commissionem Curie Parlamenti Delphinalis antequam exequatur.*
- 31 *Factor Mercatoris premortui, exhibere debet libros rationum ad iudicandum debita apothecca domini ſui.*

SENTIT ergo dictum statutum, quod ille qui nascitur poſſeſſionem alicuius rei vigore litterarum judicialium † videtur iuſte poſſidere pro quo facit iuſte poſſidet. ff. de acq. poſſ. cōtra hoc oppono d.l. meminint. C. vnde vi. Soci. dicta l. meminerit, loquitur in mādato iuſte parte nō vocata à Iudice cōcesso. huiusmodi verò statutum, respectu istarum litterarum iudicialium, loquitur in mandato à Iudice iuſte & rite concesso, † Hoc enim statutum ita eſt direcťe intelligendum, vt ius commune non laetatur, iuxta notata per lac. de But. in l. i. C. de Condi. inſer. & per Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſte. & iure: † quia licet statutum generaliter loquatur, tamē recipit interpretationē de iure cōmuni, per text. cum gl. ſuper verbo, legitimā in l. i. prin. ff. de noui operi. Et ibi not. Angēl. de Aresio. facit l. fi. §. in cōputatione. C. de iure delib. & l. vt gradatim ff. de mu. & ho. † Sic etiā iuramentū generaliter p̄fstitum recipit interpretationē reſtrictiū ad ea quae ſunt iuris, in ca. ad noſtiā. l. 2. extra de iure iurado. Ideo tale mandatum, de quo in dicto statuto, cūm intelligatur de mādato: iuſte cōcesso excusat à violētia, vt etiā ſētit Bart. in d.l. iuſte, in fine. vbi facit mētionē de statuto facto cōtra ingredētes & turbātes poſſeſſiones alienas. & Sali. in l. nec Imperiale. C. si per vi vel alio modo, ci. ca principiū faciūt etiā pro hac ſolutione ea quę ponit Inn. in c. cū veniſſent. extra de appellatio. † Et si quispiā dicat quod imo hoc statutū debet etiā in hac parte in telligi mādato litteratorio à Iudice iniuſte parte nō vocata cōcesso, per verba dicti statuti ibi abſq; violenti enocatione. Sed dic quod illa verba abſque violenti euocatione, referūtur ad integrationē fiēdā, parte nō vocata nō autē referūtur illa verba ad litteras iudicis, quarū vigore ſpoliatus fuerat per annū načtus poſſeſſionem, & quarū vigore

quæsiherat sibi possessionem rei, qua postea fuit spoliatus, quia hoc statutum presupponit, quod spoliatus ante spoliationem haberet iustā possessionem, per verba ibi, aut voluntate illius, cuius erat possessio, &c. & per alia verba, ibi, per litteras iudicis. Non enim est verisimile, quod iudex mādasset iniuste aliquem poni in possessionē rei alicuius, cū pro iudice sēper præsumatur. iuxta no. in l. Herennius. §. ff. de euīt. † Maxime quādo litteræ sūt signatæ manu iudicis, vt disponit statutū, quæ signatura, siue decreatio iudicis manu sua facta facit præsumi omnia fuisse solempter acta per ea quæ dicit Spec. in tit. de emptio. & venditio. in §. nunc dicendum. vers. & breuiter scias. & Io. Fab. 7 in l. si quos C. de rescin. ven. † Et quæ proximè dixi, quod mandatum litteratorium iu- 8 dicis iuste concessum excusat à violentia. † Hoc verum est, nisi tales litteræ iudiciales essent concessæ cum diei oppositione, quia tunc habērent vim tantummodo simplicis citationis, & non vim mandati præcisi, vt not. per Bar. & Iac. de But. in l. actione. C. de 9 transac. & Io. Fab. in §. omnium, insti. de poena te. litigatiū. † Et si pars se faceret mitti in possessionem, vigore talis mandati, cum diei oppositione concessi, non excusatetur 10 à dicta violentia, iuxta dictam l. meminerint. † Item etiam non excusaretur obtinens tale mandatum litteratorium à violentia, si ipsæ litteræ iudiciales in totum, vel in ali- 11 quo loco suspecto, & in substantialibus essent cancellatae, quia cællatio tollit dispo- sitionem, † vel actum, vt in l. si præses, in ver. circumduxit, id est cancellauit. & ibi Bal. C. quomodo & quando iudex. Et de hac cancellatione, & interlineatura, vid. Ioannem de Ferrariis, in tit. de forma libelli, quo petitur hæreditas ex testamento, in glos. ibi nō abolidum, nec cancellatum & in tit. de forma opponendi contra instrumenta. in glos. tum quia est abralum. & Panorm. in ca. ex litteris. de fide instru. quia cancellatio, & su- perlineatura maxime in loco suspecto facta, vitiat instrumentum, vel litteras iudiciales. text. est in ca. cum venerabilis, circa medium. extra, de religiosis domibus, & bonus text. cum glo. in l. si vnu. C. de testa. & ibi per Bar. & Bald. de hac materia etiam vide per Bart. in l. l. §. inter filium. ff. de falsis.

12 † An sit differētia inter inducere, & cællare, vide l. inductū. & ibi gl. C. de solution.

13 † Sed talis qui cællat acta, vel ea falsificat qua pena puniatur? dic quod vltro pena falsi ipse perdit causam suā. in l. fraude. §. quotiēs. ff. de iure fisci. ita not. Per. Iac. in tit. de


14 Actione in factū ex iure. ibi itē est notādū, &c. † Ita etiā nō excusaretur obtinens mādatū litteratorium etiā præcīsum à violentia, nisi faceret se mitti in possessionē per seruītem vel alium executorē cui esset cōmissa execuīo auctoritate iudicaria, iuxta l. fundi venditor. ff. de ac. po. fac. l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iud. Quia si ipse ingredetur sua au- toritate possessionem rei etiam vigore mandati præcisi absque ministerio executorū perderet ius suum secundum Inno. ca. cum nostris. extrā de Conces. præbend. in glo. super verbo, Episcopatu. circa mediū, nisi de licentia iudicis ingredetur possessionem sīa propria auctoritate; quia tūc facere posset etiā absque executore vt tenet gl. in di- cta l. meminerint. super verbo, vulgato, in fine, hoc etiam videtur sentire Barthol. in di- cta l. iuste possidet: ibi, pone quod iudex, &c. ff. de ac. po. Quia in causa propria quis po- test cōstitui nūcius à iudice, secundum glos. in dicta l. miles. §. qui iudicati. ff. de te ind. & ibi Angel. de Aretio. Si tamen haberi nō posset copia iudicis, vel executorū, tūc lici- tum esset ingredi propria auctoritate prætextu iudicati secūdū Ang. de Aretio in dicto §. qui iudicati. † Sunt etiam certi alij casus speciales in quibus licet propria auctoritate possessionē ingredi quos ponit Spe. in ti. de actore. in §. l. vlt. itē qui vult propria auctoritate, &c. Circa hoc quæro aliquis nūcius Principis cui nō creditur sine literis, iuxta l. prohibitum. C. de iure fis. lib. io. vult de fa. cto exequi suā cōmissionem, & me expelle- re à domo mea, vel bonis meis absque exhibitione suarum litterarum cōmissionaliū: an erit mihi licitū defacto resistere, & ad rescindēdū cōuocare amicos meos? Dic quod sic, imb. absq; vocatione potest venire vicinus ad amicū, & estlicitū clamare, succurrere mihi amici mei. vt ponit. Bar. in d.l. prohibitum. circa finem. C. de iu. fi. lib. io. † Sed an

in casibus in quibus potest quis propria auctoritate ingredi possessionem, hoc ius poterit alteri cedi? dic quod sic secundum Barth. & latius per Ange. de Aretio. in l. i. §. v. susfructuarius. ff. de no. op. nunci. circa prince. Similiter etiam potest alteri cedi beneficium restitutionis in integrum secundum Bart. in l. non solum. ff. de resti. in integrum. Et similiter officium iudicis potest alteri cedi, vt per Barth. in d. l. i. §. v. susfructuarius, in prima & secunda questionibus. ff. de. no. oper. nunc. Et similiter interdictum unde vi alicuius competens potest alteri cedi, vt dicam infra, in glo. super verbo, vel quasi. in §. scilicet pone fui spoliatus. Sed an facta cessione cedens poterit agere ad rem. quā. cessit & sibi obstat exceptio tu nullum ius habes, quia iura tua alteri cessit: Bart. in hoc distinguit. quam vide in l. facta. §. si haeres. ff. ad Trebel. vide etiam Ange. de Perusio, in l. si cum emptore. ff. de pac. vbi ipse singulariter limitat. l. 3. C. de Nouati. Scilicet an isticis casibus potest fieri cessio si cedens poterit esse testi; pro cessionario? dic quod sic, si fiat cessio iure donationis, si non promiserit de euictione per glo. in l. nullus. ff. de testibus de hac quæstione, vide plenius in 74. Consil. meorum. † Vlterius quæro an mero exerce. 17 cutori alicuius sententiæ vel litterarum iudicialium statuatur à iure aliquis ordo iudicarius per eum seruandus? dic quod non, secundum Innoc. in cap. ex ratione. de appellat. & in cap. de cætero. de re iud. & de hoc tetigi latius in decisionibus Curie Parlamenti quæstionē 329. nisi ordo qui est seruandus circa executionem de quo ordine fit mentione in l. à Diuo Pio. ff. de re iud. licet de stylo dictæ Curie Pallamenti alius ordo quam in dicta l. à Diuo Pio seruetur, vt scripsi in dictis decisionibus Parlamenti, quæstionē 28. † Vlterius iuxta hoc quæro an iudici alterius territorij requisito exequi sententiam 11 iudicis requirentis, concedatur facultas partem condemnatam audiendi, & de aliquibus cognoscendi vide Bart. in dicta l. à Diuo Pio. in §. i. ff. de re iudic. & plenè scripsi in dictis decisionibus Parlamenti, quæst. 574. † Quæro executor datus à iudice eius literas vel mandatum exequitur post finitum officium iudicis, vel iudice mortuo. an valeat executio, dic quod sic, secundum Barth. in dicta l. fundi venditor in fine. ff. de acquirend. possess. quia non finitur commissio mortuo committente, vt ibi per Bart. & vide in c. si super gratia. de offi. dele. lib. 6. † Sed quid de conseruatoribus apostolicis vtrum moriente Papa expiret potestas eorum? dic quod sic, quo ad negotia nondum cœpta casus est in hac constitutione de offic. deleg. lib. 6. ibi officium autem, & officium istorum constituit quasi in mero Imperio sicut dicit Inocent. in c. statuimus de officio dele. An officialis possit esse conseruator vel sub conseruator? videtur quod non, per dicta hac constitutione. sed glo. videtur tenere contrarium in Clem. 2. de rescriptis. Quis dicitur conseruator, & ad quid constituatur, quam potestatem habeat, & habeat, iurisdictionem. vide cap. i. extra de offic. de leg. lib. 6. † Sed si simpliciter causa committatur 20 an cōmissarius poterit de vtroque videlicet de petitorio, & possessorio cognoscere? dic quod sic: quia vtrumque intelligitur commissum secundum Inn. in cap. i. de sequestra poss. & fructuum: secus si aliter specialiter committentur, vt ibi per Innoc. Quādo iudex delegatus mandat quem citari vigore suæ cōmissionis si debeat mittere copiam sue commissionis cum litteris citatoriis? dic, quod sic, aliter nō tenetur citatus compatrio, vt dicit Barth. in l. ex quacumque causa. ff. si quis in ius vocatus non ierit vt dicunt Innoc. & Hostiens. in ca. præterea. extra de dilatio. † Quæro, aliquis possidet, & dicit se missum fuisse in possessionem auctoritate litterarum iudicialium quod probat esse per 22 testes. vtrum sufficiat? dic quod non, imo debet probare missionem in possessionem per literas & instrumētum missionis in possessionem. ita viderur sentire text. in l. fi. C. de Edic. diui Adr. tol. sicut & alia acta probari debent per scripturam per ca. qui cōtra fallam. extra de proba. ita dicit Bar. in d. l. fi. in quæst. fi. sunt & multi alij casus qui debet

probari per scripturam, num. 28. quos casus enumerant Ioan. Mo. & Ioan. And. in eo
 23 rum glof. in cap. 1. de cens. lib. 6. & gl. in l. contrahitur. ff. de pign. † luxta hæc quæro, si
 quis litteras perdedit sui clericatus an poterit per testes probare? videtur quod
 sic per cap. 1. & 2. de cle. peregrin. & vide quæ dixi in dictis Decisionibus Parlamenti
 quest. 464. Et vide etiam Bart. in l. sicut C. de fide instrum. vbi tracta. de instrumento.
 perduto si eius tenor poterit per testes probari, de quo etiam tangit idem Barth. in l.
 ff. si cert. petæ. & tetigi enim infrā in glof. super verbis probata possessione circa prin-
 cip. Si excommunicatio possit probari per testes ad repellendum quem à testimonio
 vel si debeant literæ exhiberi, vide Innoc. in cap. testimonium extra de testi. & Icaun.
 And. in cap. pia. de excep. lib. 6. & in cap. licet de Senten. excomm. eo. lib. Sed iuxta hoc
 quæro, princeps concessit mandatum alicui ut aliquid faceret vel exequatur ipse per-
 didit mandatum: An poterit mandatum probari aliter quam per literas vel instrumen-
 tum? vide Bald. & Angel. de Perusio in dicta l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. 10. † Sed
 an assertioni Principis factæ in suis litteris parætibus credi debeat, & tali assertione sta-
 ri. de Papa est text. quod sic. in Clem. 1. de probat. Sed quid de alio Principe inferiori à
 Papa vel Imperatore, glof. ibi mouet questionem & non determinat, super quo dom.
 Lapus decretorum Doct. egregius dicit quod si assertio concernat damnum alicuius
 tertij quod sibi non est credendum, quem ibi sequitur de Zabarellis, & nihil plus
 dicunt. Et est ratio ultra eos, quia in his quæ sunt facti non creditur nisi quatenus
 probantur. l. consilio. §. fin. ff. de cura. furio. & l. i. ibi, & probatis his quæ in oppido. C.
 quæ sit lon. consue. & l. an in totum. C. de ædific. priuatis. Nec obstat dicta Clemens de
 proba. quia loquitur in Papa superiori non habéte. cuius assertio seu contractus ha-
 betur & haberri debet pro lege. vt ibi habetur & no. quod sic etiam tenet Bar. Inquen-
 de Imperatore qui potestatem habet legem condendi in l. donations l. 1. 2. C. de do-
 na. inter virum & vxor. & allegat text. in l. Cæsar. in prin. ff. de publi. & vctig. pro quo
 est præsumendum quod vnum contractum illicitum vel assertiōnē non veram nun-
 quam faceret, sicut nec vnam legem inhonestam. l. 2. ff. de legi. quod ponit Bar. in l. fin.
 C. si contra ius vel vti. publi. Si enim assertiōnibus quæ in talibus litteris fierent crede-
 retur quæm plures iniuriæ, & quæm plura damna inde sequerentur, ac inferri possebant
 quod tamen non est fiendum, l. fin. Cod. si per vim vel alio modo, & de hoc ibi videtur
 text. expressus, iuncta l. meminerint. C. unde vi. & quia etiam tales assertiones parte de
 cuius præjudicio agitur non vocata factæ nullum debet sortiri effectum. l. 2. merit. &
 §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico. & l. quotiens C. de preciis Imperia. of-
 ferendis. & ita etiam consuli pluries. † Quæro, obtinui litteras à iudice Grayfudani
 missionis in possessionem certoru bonorum: adversarius metus me facit citari cora co-
 rum iudice exhibitorum dictas literas & dictum, cur renocai non debeat. compa-
 trii in iudicio, & dictas meas literas exhibui & produxi in causa judicialiter quæ tie-
 runt in actis curiæ registræ. postea dissimilando causam index me licentiauit & ordi-
 nauit dictas meas litteras currere debere suo marte & fore exequendas. petij No rati-
 causa dictas literas. Notarius vero non potuit eas mihi restituere, quia ipse eas perdi-
 dit vt sepè vidi accidere. Nuc quæro si fiet missio in possessionem ex dicto registro cu-
 riæ: Inno. videtur velle quod non, quia dicit ipse dictæ litteræ in iudicio productæ non
 sunt de actis licet bene productio ipsarum dicatur de actis, ita dicit Innoc. in dicto cap.
 quoniam contra falsam de proba. & in ca. cum in iure peritus de offic. dele. Credo tamē
 contrarium. quia ideo dictæ litteræ iudiciales transumptiæ quo ad vim probationis
 sunt de actis processus pro quo. l. 1. ff. si tabulae testamenti nulla stabunt. & l. gestaff de
 re iudicata & l. publicati. C. de testa. & hanc p. item tenere videtur. Bald. in dicta l. ff. C.

de Edic. diui Adr. tollendo.dum ibi loquitur de testamento in actis registrato. & ita etiam seruatur in Curiis præsentis patriæ Delph. Quid si registrum & an scripturæ registri faciant fidem , vide Innoc.in ca. i. extra de probatio. † Sed iuxta hoc quæro in literis Iudicialibus non reperitur locus videlicet datum Gratianopoli in Curia , &c. Sed bene reperiuntur sigillatæ. An propter de fætum loci debeant dici improbatoriæ videtur quod sic per l. optimam. C.de contrah. & committenda stipul. Sed contrariū est veritas quia tales literæ præsumuntur concessæ per Iudicem in loco vbi ipse est solitus Curiam tenere & ius reddere. per l. si locus. ff. de iudic. Et bene facit quod ponit Bart. in l.si vt proponis lo. 2. C. quomodo & quando iudex. & in l.is potest in versic. qui incipit . Venio ad alias qualitates , &c.circa fin. ff.de acquirenda hæreditate,vbi dicitur quod quis præsumitur esse in ciuitate vnde est oriundus, nisi contrarium probetur. de hoc etiam tetigi in tractatu meo de præsumptioni. in questione quæ incipit reperitur, &c:Et ita seruat stylus Curiarū præsentis patriæ Delphinalis. † Quæro ,Iudex conces-
fit literas missionis in possessionem aliquorum bonorum vel alicuius proprietatis pars appellavit à tali concessione, qua appellatione non obstante pars qui literas obtinuit se mitti fecit in possessionem ipsorum bonorum per executores earundem vt sæpe vi-
di fieri , an dicatur iustè possidere ? dico quod non, quia dicta appellatione interposita debuit supercedi ab executione ipsarum l.3.C.de appell. Nisi dictæ literæ fuissent con-
cessæ super aliqua interlocutoria.puta missionis in possessionem aliquorum bonorum ex beneficio editi diui Adriani.de quo in l.fin.C. de Edic. diui Adria. tol. quæ dicitur interlocutoria. vbi non interuenit contradictor, vt dicit Ioan.de Ferrar.in tit.de forma libelli, in quo petitur hæreditas ex testamento in gl.super verbis.per vestram diffinitiu-
m sententiam. Vel etiam missionis in possessionem ex primo vel secundo decreto quæ sententiæ dicuntur interlocutoriæ. Etiam super secùdo decreto licet ipsum secun-
dum decretum tribuat ius, vt dicit & tenet Bart. post Dyn.in l.i.de appella. recipiend.
& in l.si finita in §. Julian.& in §. si forte. ff.de damno infecto,vel alio simili casu quibus casibus dictæ literæ possunt exequi non obstante appellatione ante inhibitionem per indicem appellationis fiēdam.Et valet executio.Nec reuocatur talis executio per modum attentati in c.non solum.in fin.de Appel.li.6. † Secus tamen esset in diffinitiuā se-
tent. quia omnia etiam ante inhibitionem acceptata reuocantur per modum attentati, per dictum c.non solum.in prin.imo plus dicerem quod pars quæ attentat in præiudi-
cium appellationis à diffinitiuā tenetur l.Iulia.de vi publica.nisi talis appellatio fuisset
deserta:quo casu non solum pars, sed etiam iudex à quo posset procedere ad executio-
nem suarum litterarum etiam si per iudicem appellationum nondum fuisset super de-
sertione pronunciatum, secundum Inno.in dicto ca. ex ratione de appel & i. a. c. si duo-
bus super verbo in casibus eo.tit. De hac materia acceptatorum latius tangam infra in
glos.super verbo appellatione,de qua materia acceptatorum,vide etiam plenè per Io.
Mol.in cap.cupientes. §. quod si 20.dies.de elec.lib.6.& ibi dicit ipse Mol. quod ille qui
continuat suam antiquam possessionem non dicitur acceptare de nouo , sed ius suum
antiquum conseruare. † Sed an amissione in possessionem quæ fit ex beneficio d. l. fin. 29
C.de edi.diui Adr.tol.possit appellari. Ioan.de Ferrariis vbi suprà in glos. Super verbis.
quare cū prædicta,&c.tenet quod non:allegat ipse l.i.C. si de mo.pos.fuerit appellatū.
& l.quisquis.C. Quorum appel.nō recipiuntur. † Quæro,Dominus noster Rex Delph. 30
mittit aliquem commissarium ad partes istas Delphinales : an ipse cōmissarius debeat
eius commissionem exhibere, & intimare dictis dominis de Parlamento antequam eā
exequatur.dic quod. sic.aliter non est eidem obediendum de iure,vt ponit Bar.& Ang.
de Perusio in d.l.prohibitum de iure fisci.lib 10. Quæro , qua pena puniatur ille qui

remouet litera*iudiciales*, vel litteras commissoriales à manu executorum vel cōmisiarij contra eius voluntatem? dic quod pena falsi secundum Bald. in l. si quis id quod. ff. de iur. omni. iu. & tetigi in decisionib. Parl. quæst. 579. † Quæro, circa hoc de quæstione satis peregrina quæ quotidie contingit in facto, quidam mercator habens factorem motiuus est, an ipse factör poterit compelli ad restituendum literas, libros rationum & similia, & ad indicandum & instruendum debita ac credita apothecæ sui quidam magistri: dic quod sic, casus est singularis in l. si pure. §. fin. ff. de fidei commissaria libet. & in l. i. §. officio. ff. de tu. & c. ra. distra. & ibi Bart. & in l. si cui. ff. de condi. & de.



§. Propria manu signatas,

S Y M M A R I V M .

- 1 *Litere commissionis propria iudicis manu signanda hoc statuto, à cuius verbis et amissoriis non est recedendum.*
- 2 *Stylus Curia Delphin S. Marcellini disponens sigillari instrumenta ad submissionem eiusdem Curia confecta, non habet locum licei in instrumento suu submissio, nisi instrumentum suu eiusdem sigillatum.*
- 3 *Promissio iocosa facta non obligat.*
- 4 *Litteræ credentia quomodo obligent mandantem.*
- 5 *Iudicis & eius locum tenetis idem est tribunal.*
- 6 *Litteræ non manu sed sigillo iudicis, eoque solito signata valent, modo in sigillo apparent litteræ.*
- 7 *Additio ad finem litterarum non facit fidem nisi notarius de ea mentionem fecerit.*
- 8 *Litteræ antiqua modo probentur.*
- 9 *Litteræ a iudicis qua non habent signum iudicis, non faciunt fidem. Et quando:*

Hec signatura † iudicis debet ponи in fine litterarum iuxta l. subsignum. ff. de verbis. signific. Sed quæro si litteræ non essent signatae manu propria iudicis, an habeat locum istud statutum si quis? crederem quod non, quia à verbis statuti non est recedendum, sed verbis quamquam duris ipsius statuti est inherendum, iuxta ea quæ ponit Barth. in l. i. §. 1. ff. quod vi aut clam. & ar. in l. si alij. ff. de usufru. lega. & l. non aliter in princ. ff. de leg. i. & no. in cap. ad abolend. extra de filiis presbyterorum. Et debet statutum strictè intelligi iuxta not. per Ia. de But. in l. i. C. de condi. incertis. Et strictè interpretari, vt dicit Bart. in l. Cæsar. ff. de pub. & vcti. maximè in hoc statuto penali non est sienda extensio. l. i. ff. de adult. Sed stricta interpretatio arg. in l. cōstitutionibus. ff. ad municipales. Et no. Ange. de Aret. ff. de no. oper. nunci. super rubrica. Cum de contraria mente huius statuti non appareat, arg. in l. non aliter, supra allegata, quia etiam dictum statutum ita disponit ad obuiandum malitiis Notationum & firmariorum curiarum presentis patriæ Delphi. qui tempore conditi dicti statuti, quando & post cum haberent ad fermam sigillum & scripturas, expediebant quandoque litteras iudiciales exorbitantes à iure, si ne scitu iudicis prout & adhuc quandoque faciunt. Ideo dispositum hoc statutum quod litteræ signentur manu propria iudicis ad obuiandum dictis malitiis, prout obuiati debet iuxta l. in fundo. ff. de rei vend. & in c. pastoralis. circa fin. extra de causa poss. & proprie. & l. i. C. de incestis nuptiis. & l. i. §. illud. in si. ff. de aqua plu. ar. Item si dictæ litteræ non signarentur de nullo operarentur illa verba: eius propria manu signatis, prout tamen

SI QVIS PER LITTERAS.

38

nen de aliquo operari debent, iuxta l. si quando in prin. ff. de leg. 1. & in ca. si Papa. §. 1. extra de priuile. lib. 6. † Hinc est quod alias dixi in simili, quod stylus rigorosus Curiae Delphi. S. Marcellini disponsens sigillari instrumenta ad submissionem eiusdem Curiae confecta non habet locum licet instrumento sit submissio nisi instrumentum sit etiam sigillatum. Et ita conculserunt domini mei, tunc in dicto Parla. Delp. existentes, ut plene scripsi in decisionib. dicti Parl. quæst. 421. Sed an tales litteræ iudiciales patentes probent? dic quod sic. sed non litteræ clausæ in c. patētibus de priuile. & ibi Henr. Bohic. & Bart. in l. nuda. ff. de dona. Sed an assertioni descriptæ in talib. litteris patentibus credatur & stari debeat, vide quæ plenè dixi supra in gl. 1. ibi. sed an assertioni, &c. Et vide c. post cessionem. & ibi gl. extra, de proba. & Fran. de Zabarel. in Cle. 1. de proba. An litteris impressis in lapide credatur? dic quod sic. imo plus operantur, quia faciūt rem notoriam ut dicit Bald. in l. monumentorum. C. de reli. & sumptu. funerum. † Circa hoc quæsto: aliquis scripsit suo amico litteram clausam in qua continetur, ego sum vester, & omnia bona mea sunt vestra, an talis littera obliget? dic quod nō, quia gratia honoris sicut scripta. ita dicit glo. quam sequitur Barth. in l. fi. C. in quibus ca. colo. censi-
ti. li. 10. quia promissio iocole facta non obligat. gl. in l. dolo malo. ff. de seruo corrupto.
† An litteræ credentiaæ obligent mandantem, vide Bart. in l. mortuo. ff. de fideiuss. quo-
modo quis ex subscriptione obligetur, vide in l. cum lite. ff. iudica. solui. † Sed quid si
dictæ litteræ non fuerint signatae manu propria iudicis. Sed tantummodo locum tenē-
sis, an erit idem ac si fuissent signatae manu iudicis, videtur quod non. arg. in l. inter ar-
tifices. ff. de solut. & in l. nemo. ff. de duobus reis. Sed credo contrarium, quia iudicis &
sua locum tenentis, idem est tribunal, iuxta ea quæ leguntur & in notatur in c. Roma-
na. de appellat. lib. 6. & in c. non putamus de Consue. lib. 6. & in l. à procōsulib. & l. præ-
cipimus. in prin. C. de appell. hinc est quod diximus, quod à sententia per locum tenen-
tia non ad iudicem qui eum locum tenentem fecit, sed ad superiorem talis iudicis ap-
pellatur per iura supra proximæ allegata. Et ita etiam seruat in Curis cum etiam cef-
let ratio prædicta dolositatis quando locum tenentis signat. † Sed quid si tales litteræ nō
fuerint manu propria iudicis, aut eius locum tenentis signatae, sed annulo signatorio eorum
vel alterius ipsorum sigillatae an sufficiat, credo quod sic, iuxta l. signatorius. ff. de
verbo. signi. & quia ex hoc etiam cessat ratio dolositatis de qua supra tetigi. De hac ma-
tetia sigilli & quem effectum habeat, vide Bald. in extrauaganti, qui incipit imperialis
clementine quam glossauit ipse Bald. super verbo sigillo. in princ. Sed an talibus litteris
iudicialibus credi debeat si non sint sigillatae sigillo consuetod. dic quod non, in c. signi-
ficauit extra de appell. Sed quid si in sigillo non apparent litteræ? dic quod non, mere-
tur dici sigillum in ca. inter dilectos, extra de fide instr. Et tenet de Zabarellis in cle. 2.
super quinto notabili, vt lite penden. nihil innouetur, & ideo non creditur talib. litteris,
si non sint signatae signo Secretarij, vel Notarij ordinarij. l. in fraudem. §. quotiens
lo. 1. ff. de iure fisci. hoc tenet & ponit Spec. in tit. de instr. edi. in §. instrumentum ergo
publicum, vers. item quod non est signatum, &c. & vide Bart. in l. si Procuratorem. ff. de
Procuratorib. † sed quid si in littera judiciali sit aliqua additio in fine? dic quod non,
probat talis additio, nisi Notarius de tali additione mentionem faciat, secundum Bart.
& glo. in l. in gl. super verbo scripsit. ff. de his quæ in testamen. delen. de verbo raso
in instrumento, in loco suspecto vide plene per Ioan. de Ferr. in tit. for. libell. quo peti-
tum hæredi ex testamento, in gl. super verbo non abolitum. Cancellatura vero tollit a-
ctum & dispositionem. l. si præses, in ver. si secum duxerit, id est, Cancellauerit. & ibi
Bald. C. quomodo & quando iudex. vide etiam de hoc quæ scripsi in 84. Consil. meo-
rum, & in singularibus meis. fol. 165. vers. † Sed in litteris antiquis vel instrumentis an-

b 3

7

8

tiquis expediat pr̄ obare , quod ille fuerit Notarius qui ipse litteram signauit , vel instrumentum recepit, vel quod fuerit in quasi possessione Notarius ? dic quod nō , quia ex ipso actu ita antiquo oritur pr̄sumptio . vt not. Innoc. in cap. veniens de verb. sign. ita etiam ponit & tenet Bald. in auth. quas actiones circa f. C. de sacr. san. Eccl. & de instrumento seu antiqua carta, vide Spe. in tit. de loc. §. nūc aliqua. ver. 57. Sed an tales litteræ faciant fidem sine subscriptione testium. dic quod in illis quæ in iudicio concedūtur non est necesse testes apponere. per text. in l. donationib. C. de dona. & vide Inn. in c. post cessionem de proba. vide etiam quæ dixi in dictis decisionib. Parlām. quæst. 175.

9 † Sed an alia acta iudicij si non habeant signum iudicis, faciant fidem? Dñi. dicit quod non. in l. in fraud. §. quotiens ff. de iure fisci. Sicut nec instrumento signo Notarii carenti l. f. §. nec calidis. C. de aless. & domesti. & vide super hoc Innoc. in d. ca. processionē de proba. Sed quid de littera priuata, si fidem faciat ubi non est dies apposita? dic quod sic, per l. cum taberna. in §. pen. ff. de pign. & no. 25. q. 2. c. si qua beneficia. quod intellige si fuerit talis scriptura priuata recognita per partem contra quam producitur, vel alias constat eam scripturam fuisse manu illius cōtra quem producitur per ea quæ ponit Innoc. in cap. i. circa princ. de fide instrum. De scriptura priuata, vide etiam per ea quæ potuit Innoc. in c. i circa princ. de fide instrum. De scriptura priuata, vide etiam per Spec. in tit. de inst. edic. §. nunc dicendum . vers. illuc etiam no. Quid si in cedula priuata cōtineatur quod confiteatur se debere ex aliqua causa & non promittit soluere: dic quod videtur promissione soluere l. tutorem. in fin. ff. de testam. tu te.

§. Possessio.

S U M M A R I V M .

- 1 Possessio quādoque pro re possessa, quandoque pro rei v̄su sumitur.
- 2 Possessionis tres species, ciuilis, naturalis, & corporalis.
- 3 A ciuili possessione deieicto competit interdictum unde vi. ubi & ex septem ciuilis possessionis effectibus primus explicatur.
- 4 V̄sfructarius si constitutus se possidere nomine alterius rem in qua ipse habet v̄sfructū, per tale constitutum non transferitur in alium possessio. ubi de possessione iurum incorporalium.
- 5 Secundus ciuilis possessionis effectus
- 6 Tertijs effectus, quartus quintus, sextus
- 7 Septimus.
- 8 Baldi sententia refutatur de quarta specie possessionis.
- 9 Nomine coloni qui tantum detinet, possidens si expellatur à detensione rei, habet remedium būni statuti.



I C † posset tractari tota materia possessorij reintegrandæ quæ est longa, tam in iure ciuili, quām in iure canonico. Sed non tangam hic causa breuitatis nisi necessaria ipsius materiæ pro intellectu & declaracione præsentis statuti, si quis, pro cuius verbi possessio, intelligentia & dicendorum evidentia præmitto quod possessio quandoque sumitur pro proprietate sive re possessa, vt pro domo, terra, prato, aut vinea quæ possidetur, ita sumitur text. in l. quæ cunque. & in l. hi quibus. C. de fundis pater. li. ii. C. & in l. interdum. ff. de ver. si. & in l. iubemus. in f. C. de sacrosan. Eccl. & ideo communiter dicitur ista est pulchra possessio intelligendo de proprietate. ita dicit Bar. in l. i. §. si vir. ff. de acq. pos. ibi oppono quod ex inutili contractu non transferatur possessio, &c. Inde etiam dicimus quod possessio

possessio est pedum positio. in l. i. in prin. ff. de acqui. pos. Quandoque etiam sumitur possessio pro vnu, vel iure, vt l. quomodo ff. de verb. signifi. † Et istius possessionis sunt tres species: quia alia civilis iuris ministerio introducta. de qua in l. quod meo. ff. de acq. pos. & in l. quisquis. C. de dona. cum si. Alia naturalis quam habet vnufructuarius, & similes de quib. in l. naturaliter, in princip. & l. acquiritur. in fine. ff. de acqui. pos. Alia est corporalis videlicet detentio qua habet colonus qui non possidet naturaliter, sed tantummodo detinet. l. si id quod. §. & per colonos. & §. quod autem ff. de acq. possell. de quibus possessoris tractat plenisime Bart. in d. l. i. in princ. ff. de acq. pos. & ibi sufficiat remissio causa breuitatis: quia etiam earum materia est satis nota & vulgata, maximè dominis legitimis. Sed prosequendo materiam civilis possessionis aliter quam Barth. ibi tangat. † Quæro, si ciuiliter tantummodo possideti à sua possessione ciuili deiecto com petat interdictum vnde vi recuperandæ possessionis, & per consequēs remedium huius statuti si quis, quod est introductū ad instar interdicti, vnde vi dicit quod sic. l. i. §. deicetur ff. de vi & vi ar. & iste est unus effectus ciuilis possessionis. Et ultra istum effectū reperio alios septem effectus ciuilis possessionis. Primo, quia per ciuilem possessionē que sit per constitutionē precarij, vel per retentionē vnufructus fit dominij translatio si vendens vel donans rei venditæ vel donatae dominus existat. dicta l. quisquis iuncta gl. C. de do. & l. si quis argentum. §. sed & si quis, eod. tit. & l. quod meo. in prin. ff. de acq. pos. Quod intelligo si dominus qui retinuit sibi vnufructū vel cōstituit se nomine alieno possidere possidebat tempore retētionis vnufructus, vel cōstitutis precarij: quia si non possideret non posset in aliud trāferre etiam ciuilem, quia nemo potest in aliud transferre, quod non habet l. traditio. ff. de acq. re. do. facit l. nemo plus iur. ff. de re in. & dixi in Decisionib. dicti Parl. quæst. 511. circa medium. potest enim quis esse dominus rerum videlicet hæres per aditionem hæreditatis, & tamen non erit possessor, vt dicit Bar. in l. possideri. in prin. in 1. col. Ibi non obstat l. restituta, &c. ff. de acq. pos. Quo casu dico, quod hæres antequam apprehendat possessionem rerū hæreditiarum & cōstituat se nomine emptorum possidere rem venditam, quod ex tali constituto non trāfertur possessio ciuilis in emptorem, cum ipse hæres non potuerit transferre in aliud quod non habeat, per dictam l. traditio. & ita tenet Angel. de Pe-ruio, quem sequitur Ange. de Aretio, in l. quanuis. §. si conductor. in princip. ff. de acq. possell. & Bart. in dicta l. quod meo. in princip. ibi, sed rustici qui, &c. Et quæ hic dico in hærede dico causa exempli: quia idem es sit in legatario in quæ transit dominiū sine reali apprehensione. l. à Vito. ff. de furtis. & idem in omnib. aliis in quibus trans fertur dominium sine reali apprehensione de quibus habetur in l. fin. C. de factos sanct. Eccl. quia tales per constitutum nō possint transferre in aliam possessionem cū penes eos non sit possessio quanquam habeant dominium. vt dixi supra † Circa hoc quæro quid si vnufructuarius cōstituat se possidere nomine alterius rem in qua ipse habet vnufructum, an per tale constitutum transferatur possessio in aliud: credo quod non: quia per constitutum transfertur tantummodo possessio ciuilis, vt dicta l. quod meo. in principio. quam tamen possessionem ciuilem non habet vnufructuarios, sed tātummodo naturalem, legi naturalit. in principio. ff. de acquirendis possessionib. igitur. &c. De hac materia constitutionis precarij, vide, quæ plene scripti in dictis Decisionibus Parlamenti, quæstione 101. & quæstione 109. & quæstione 112. & quæstione 268. & quæstione 309. An per constitutum queratur quali possessio iurium incorporalium vide Bart. in dicta l. quod meo. in princip. ibi, sed quid si concedo tibi seruitutem, &c. cum quoib. pertransit Angel. de Aretio nihil addendo vel mutando. † Secundus effe 5

ctus ciuilis possessionis est, quia per eam causatur præscriptio, cum sine ea præscribi non possit, in ca. sine possessione, de regul. iur. lib. 6. & l. serui & filij. §. fin. ff. de furtis, & l. i. §. per seruum qui in fuga. ff. de acquirenda possess. nec sola naturalis possessio sufficit ad præscribendum. l. acquiritur. §. f. ff. de acquiren. ter. do. ita dicit Dyn. in dicto ca. sine possessione. Idem dicit Barth in dicta l. in princip. ff. de acquir. possess. quod possessio ciuilis est ius insistendi rei non prohibitæ possideri, apta producere ciuiles effectus, & ex tali possessione ciuili transfert vera possessio, producens omnes effectus realis possessionis, vt dicit Bart. in dicta l. ab emptione. ff. de Pact. & ibi glos. notabilis.

6. † Tertius effectus est, quia ipsa causante licitum est domino ingredi domum suam, etiam per violentiam, si eam reperiat per alium occupatam. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquiren. posses. dummodo violentus non possederit publicè & notoriè decem diebus, quia eo casu non esset licitum de facto ingredi possessionem, vt plene dicam infra in glos. super verbis, per decem dies. Quartus effectus ciuilis possessionis, quia operatur fructuum acquisitionem, nam ciuiliter possidens facit fructus. suos, vt dicunt Petr. & Cyn. in l. certum, in secunda quæstione. C. de rei vend. Quintus effectus, quia per eam quis excusat à vitio clandestini. Ita tenet Barth. in l. creditores. in versic. qui incipit. distingue. C. de Pignor de quo vitio clandestinæ possessionis tāquam plenè infra, in glos. super verbo, clandestinæ. Sextus, quia habens ciuilem, potest apprehendere naturalem possess. o. rem, etiam contradicente & resistente illo qui habet possessionem naturalem, vt dicit Barth. in dicta l. creditores. C. de Pignor. ibi, & prædicta
- 7 vera, &c. † Septimus effectus ciuilis possessionis, quia per eam impeditur misso quæ fieri petitur ex beneficio edicti diui Adriani, vt dicit Barthol. in l. fina. C. de edict. diui Adriani tol. ibi. procedo vltierius, & quæro quid si legitimus contradictor. Ibi, dum dicit, sicut enim dicimus iustum esse iudicium adipiscendæ, & cætera. Et notetis istos septem effectus ciuilis possessionis, quia eos nō reperietis ita simul alibi per alium fulisse recollectos, nisi hic. & in Decisionibus Curiæ Parlamenti, quas ego compilau, quæstione 356. Sed an ciuiliter possidens possit rei vindicatione conueniri, vide Barth. in l. Ponpon. refert §. in dotem quoque. ff. de acquir. poss. & glos. in l. 2. C. vbi in rem actio.

8. † Sed quia Bart. in dicta l. in princip. ff. de acquiren. posses. dicit quod sunt tres species possessionis, vna ciuilis, alia naturalis, & alia corporalis: quæro si sit alia species possessionis? Bald. dicit quod sic, videlicet quedam alia possessio, quæ vocatur ciuilissima, quæ transfertur ministerio consuetudinis; quia consuetudo potest operari vt possessio in alium transferatur ipso iure sine reali apprehensione, per ca. ex litteris extra, de consuetudine, nota. Angel. de Perusio. Ioann. de Imo. & Ange. de Aretio, in l. qui vniuersas. in princip. ff. de acquir. posses. & vocatur talis possessio, secundum eundem Bald. ciuilissima, vt dicit ipse in l. fin. C. de sacrosanct. Eccles. Ego autem non auderem dicere quod ipse dominus Bald. in hoc quod facit hanc quartam speciem possessionis male dixerit, cum ipse fuerit Doctor magnæ auctoritatis, tamen contra eum adduco rationem: quia ammo illa possessio quæ per consuetudinem in alium, sine reali apprehensione transfertur, de qua in cap. ex litteris, & de qua faciunt mentionem Ange. Perusio, Ioann. de Imo. & Angel. de Aretio, vbi supra, debet dici ciuilis possessio tantummodo, sicut possessio quæ transfertur ministerio iuris ciuilis, dicitur ciuilis tantummodo, quia illud quod sit secundum consuetudinem, dicit fieri de iure communi, cum consuetudo comparetur iuri communi, vt dicit Innoc. in c. cùm venisset, de eo qui mittitur in pos. causa rei seruadæ, in principi. pro quo allegat ipse Innoc. l. de quibus. ff. de legibus. &c. §. ex non scripto. Inst. de iure natura. gen. & ciuili. ita etiam notat ipse Bald. in l. i. §. quod obseruari. C. de iura. calum. & in Auth. sed cum testator. C. ad l. Falcid. ibi, pone quod hæc

heres facit inventarium plenaria, ubi dicit ipse, quod illud videtur fieri de iure quod sit de consuetudine, cum consuetudo ex iuris vigore sumat vigorem, allegat dictum §. ex non scripto. & Angel. de Aretio. ff. de noui operis nuncia. super rubric. Ita quod illa facta possellio per quae transfert, secundum consuetudinem dici debet transferri de iure, quia consuetudo est ius. in l. i. C. quae sit longa consuetudo. Ideo dici debet civilis possellio, etiam illa quae ministerio consuetudinis transfertur, & debemus remanere in illis terminis, ut non sint nisi tres possessiones, una naturalis, & alia civilis, & alia corporalis, & non sit dare ciuilissimam & ita secundum hoc videtur mihi dicendum, licet sit verum quod consuetudo possit operari, ut transferatur possessio sine reali apprehensione per dictum c. ex litteris. & ita, ibi notat Innoc. Sed illa dici debet civilis & non ciuilissima, quicquid dicat Bald. post haec scripta, vidi Salyc. in d. l. fina. C. de sacro lan. Eccl. sed ipse de hoc nihil tangit. † Sed quid si colonus qui non possidet, sed derinet, & ego per eum posideo, si ipse expellatur a detentione rei, an potero impetrare remedium huius statuti? dic quod sic, ut plene scripti infra, in glossa super verbis, probata possessione, in questione quae incipit, Sed quid si non possim probare, &c. & super verbo, clandestinæ. in questione quae incipit, Utterius quæro si colonus, &c. Et ibi vide etiam quo remedio poterit succurriri colono expulso, & quo remedio succurretur domino, si colonus interuertat possessionem domini, de diuersis aliis questionibus hanc matem concernentibus.

§. Interpretamur.

SUMMARIUM.

- 1 Presumptio possessionem decem dierum notoriam, ex voluntate eius qui possidebat, factam esse relevat si in iudicio per partem proponatur, aliter non.
- 2 Probatio in contrarium dicta presumptio non admittitur, & ibi quid presumptio iuris.
- 3 Si tamen per iudicem fuerit admissa probatio valida est: ubi quibus modis probari possit contra presumptionem iuris.



X hoc text. ergo patet quod conditor dicti Statuti, Si quis, interpretari & presumi voluit, quod ille qui possedit notoriè per decem dies videatur adeptus fuisse possessionem rei, de voluntate illius cuius erat possessio: & istud est satis consonum iuri communi, ut plene dicam infra, in glossa sequenti: super verbo: per decem dies, in prin. Sed iuxta hoc quæro, an haec tacita voluntas a statuto presumpta coniecturata debeat per partem in iudicio proponi? dic quod sic, aliter non potest, nec relevat talis presumptio, secundum Bart. in l. cum quid, circa fin. ff. si certum petatur. & probatur in l. qui adulterium cum incestu. §. eidem Polioni. ff. de adulteriis. Sicut enim videmus in simili, quod licet notorium relevet ab onere probandi, non tamen relevat ab onere proponendi, in c. 2. extra, ut lit. non contest. & per Ioan. Andr. in Clem. appellanti. de appella. in glo. super verbis iudicis, &c. Etiam per Specu. in tit. de notorio crimine. versi. & not. † Sed an admittatur probatio in contrarium dicta presumptio a dicto statuto interpretate? Credo quod non, sicut nec contra presumptionem iuris: & de iure non admittitur probatio in contrarium, ut not. glo. in l. fi. Carbi. tute. Et dicitur presumptio iuris, & de iure quando lex presumit super dubio, & in illo dubio ponit certum. l. i. in pri. C. de rei vxor. aeti. Sic in hoc casu huiusmodi statutū presumit super dubio, & disponit certum: ideo admitti non debet probatio.

STATUTVM DELPHINALE,

in contrarium, sicut nec contra præsumptionem iuris, & de iure, ut prædicti. Quia hoc statutum litis decisorum vicem legis obtinet in hac patria Delphina. cum fuerit conditum à dicto Domino, tunc gubernatore præsentis partiæ Delphinatus, habentis omnimodam iurisdictionem, & qui vicem, præfici i prætorio obtinebat: prout & adhuc obtinent eius successores in ipso officio, ex antiquissima obseruantia, & funguntur vice Regis Delphin. Domini nostri: secundum etiam quod dicit Bar. in dicta l. omnes populi, ff. de iusti, & iure, in sua repetitione, in quarta quæstione. ibi, præfectis prætorio qui æquiparantur Regibus, &c. facit ad hoc l. pronunciatum. in princip. ff. de verborum significativa. † Sed si fuerit missa probatio in contrarium per iudicem, an valeat probatio? præceptor meus dominus Ioannes de Grassis, prout sub eo reportauit, dicit quod sic, in c. quanto. extra, de præsumptione, & allegat ipse cap. cum dilecta. extra, de rescriptis. dicit etiam ibi dominus Ioan. de Grassis, quod contra talem præsumptionem iuris, & de iure, admittitur etiam probatio in contrarium, per confessionem partis. allegat Auth. sed iam necesse. C. de donat. ante nupt. &c. quia plerique. extra, de immunita. Eccles. & not. Cyn. in dicta Auth. dicit vñterius ibi, ipse dominus Ioan. de Grassis, quod alio modo potest probari contra præsumptionem iuris, & de iure per euidentiam facti contrarij, allegat ad hoc c. cum dilecta. de rescriptis. & de hoc etiam tetigi in tractatu, de præsumptionibus, per me compilato. & hanc materiam iuris præsumptionis, & de iure & de eorum effectibus tangit plenissimè Cyn. in l. siue possidetis. C. de probat.



§. Per decem dies.

S V M M A R I V M .

- 1 *Remedium statuti, Si quis, non competit agenti contra notoriam possessionem decem die- rum.*
- 2 *Possidens decem diebus notoriè, non dicitur violentus possessor.*
- 3 *Nec clandestinus.*
- 4 *Testes qui de possessione decem dierum producuntur quid probent, & quomodo examinari pe- beant, 7. 8.*
- 5 *Dictiones, Vel circa, quid importent in depositione testium.*
- 6 *Medium diei, non interrupit continuam possessionem.*
- 9 *Possessio publica an iudicetur notoria.*
- 10 *Possessio continua quomodo probetur.*
- 11 *Remedium statuti, Si quis, in quibus habet locum.*
- 12 *Licet Domino ingredi domum suam, quam per alium inuenerit occupatam, etiam per vi- lentiam, modo intra decem dies.*
- 3 *Hoc statutum non habet locum in herede nondum adita hereditate.*

Ro declaratione & intellectu istorum verborū. † Quæro de quæstiōne de qua à 33. annis citra, à quibus incepit practicare, vidi dubitari: An remedium dicti statuti, *Si quis*, competit post decem dies: verbi gratia, ego possedi pluribus annis domum meam. Titius intravit ipsam domum animo possidendi, absque mandato iudicario, & me spoliauit, & possebit dictam domū notoriè, me sciente & patiente spacio decem dierum, an lapsis dictis decem diebus competit mihi remedium dicti statuti, *Si quis*. Credo quod non, & ratio est euidentis, quia per dictum statutum interpretatur, & præsumit quod aduersarius meus adeptus

sierit possessionem dictę domus meę de voluntate mea: ex qua fui passus cum per decem dies possidere notorię, vt patet in text. dicti statuti. ibi, quam voluntatem interpretamur inteuuenisse, ex quo per decem dies passus est notorię possidentem possidere, &c. Iste enim est unus modus, de iure transferēdi possessionem in alium; videlicet patientia cū praeſumpto animo velle in alium possessionem transferre, quia animo perditur cū per possessorē in alium transfertur, vt hęc probantur in l. licet. C. de acquiren. posses. & in l. i. §. si vir. ff. eo. tit. Et hęc dispositio praeſumpta praeſentis statuti, satis est consonans dispositioni iuris communis, quia videmus, quod si permitto labi decem dies post sententiam contra me latam, absquæ appellando, videor tali sententiæ acquieciſſe, & eidē consensisse. l. hi qui ad ciuilia. C. de appella. Ibi censenu suo, & no. gl. in l. ad solutionē, C. de re iudi. Et ibi dicit glo. quod ista est mirabilis praeſumption. Idem etiam de sententiā arbitrali, quæ per partes tacitè emolegatur tacito censu, per lapsum decem diem, vt not. per Spec. in tit. de arbitrio. §. sequitur de quibusdam vers. sed quid si stipulatus est arbiter, & facit text. in l. cum antea. in §. sin autem C. de arbitris. Si ergo dicamus quod ex interpretatione & dispositione dicti statuti, dictus aduersarius meus, de voluntate mea adeptus fuerit talem possessionem, sequitur quod non dicitur violētus, sed verus possessor: quia ista duæ qualitates, videlicet quod fuerit adeptus possessionem, de voluntate mea, & quod me spoliauerit tanquam contrarie, non possunt esse in eodem subiecto. l. si ancillam. ff. pro suo. & l. Titiæ si non nupserit. ff. de Condit. & demonstrando dicere oportet necessario in præposita quæſtione, quod non competit mihi remedium dicti statuti. *Si quis*, quod statutum loquitur in expulso & deiecto, à possessione sua, vt in text. dicti statuti, ibi, à predicta possessione expulsus aut deic̄tus fuerit, &c. † A quibus verbis dicti statuti non est recedendum. argum. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. & pupil. sed eisdem verbis statuti standum est, iuxta notata per Barth. in l. i. §. ff. quod vi aut clam. & not. laco. de Butrio in l. i. C. de condition. insertis, & istud est consonum dispositioni iuris communis, quia interdictum vnde ut recuperandę possessionis non competit nisi vi expulso à sua possessione. l. vi pulsos & l. inuasor. in fine C. vnde vi. & ff. de vi & vi armat. p. totum. Et requiritur in spoliatione dolus ex parte violenti. ff. de vi & vi arma. l. i. §. ad solam. & §. interdictum hoc, & ff. de vi bono. rapto. l. §. doli & not. Innoc. in cap. querelam, de electio. in glo. super verbo, subtractam. & per glo. in l. si quis in tantam, in glo. magna. in fi. C. vnde vi. qui tamen dolus malus in calu praeſentis quæſtionis cessat propter praeſumptam voluntatem ab huiusmodi statuto interpretatam, & coniecturatam, siue praeſumptam, igitur, &c. & si dicatur quod si non posset dici dictus Titius violentus possessor, quod tamen dici posset clandestinus: quę clandestina possessio sufficit ut habeat locum dictum statutum, vt patet in statuto, ibi, & in clandestino, &c. † Sed dico quod nec etiam dicitur clandestinus possessor, cum voluntate mea interpretatur fuſſe adeptus possessionem, & sic non habuerit iniuriam possessionem, pro quo l. clam possidere, in princip. & ibi Angel. de Aretio. ff. de acquiren. posses. Et dicam infrā, in glo. super verbo, clandestinæ, in princ. & ideo iudex vel Commissarius qui sumit informationes super possessione, & spoliatione, secundum formam dicti statuti, debet esse attentus, quod ipſe interroget testes, si possessor qui alſeritur violentus, possederit rem contentiosam notorię per decem dies, vidente & sciente domino ipsius rei, vel ne cum ad officium iudicis pertineat testes interrogare de circumstantiis & veritatē negotij diligenter inquire, vt dicit Specul. in titul. de teste. §. iam de interrogatoriis. in princ. & testis dum examinatur etiam debet depone veritatē eorum quę ipſe ſcit, tam pro deponenre, qnā contra comproducentem, secundum Spec. cod. tit. de teste. §. sequitur, de testimoniū iuramento, vers. item quod dices

- 4 veritatem pro utraque parte,&c.† Sed quid dicemus ad id quod not.Specu.in eod.tit.
§.iam de interroga.oriis.in ver.in summa no.&c.vbi dicit quod testis debet dicere pro
utraque parte,nisi super certo articulo sit receptus.Sed testes recepti super materia di-
cti statuti.Si quis,producuntur ad probandum possessionem & spoliationem ; ergo su-
per alio , videlicet si assertus violentus possederit notorie per decem dies vel ne , non
debent interrogari : sed dic quod immo dicti testes etiam producuntur ad probandum
si assertus violentus possederit per dece[m] dies notorie,vel ne:quia si assertus violentus
possederit notorie per decem dies,non dicetur violentus:& sic non habebit locum di-
ctum statutum. ideo testes super hoc etiam debent deponere , vt constet iudici , vel
Commissario si spolatio interuenierit , vel ne .& si Commissarius omiserit iplos testes
super hoc examinare,& interrogare,sit tunc cautus Aduocatus asserti spoliatoris,quod
ipse dedicat in iudicio quod ipse Titius assertus spoliator possederit rem contentio-
sam notorie , vidente & non contradicente domino fundi spacio dictorum decem die-
rum,& petat se ad probandum admitti,quia hoc probato non habebit locum huiusmodi
statutum,vt supra dixi,in princ[ep]e presentis glo.Sed quid si testis deponat vidisse Titium
possidere notorie decem diebus,vt sibi videtur,an valeat eius dictum.vide Bart. in l.i.
in princip[ep]e ff.de ven.infspici.De hac materia testium,etiam de his quae possunt opponi
aduersus dicta testium tangam plene etiam infra,in glo.super verbo,testes.& lupet
verbo,communi & stimatione.† Quero,testis deponit quod vidit Titium possidere
decem diebus,vel circa,quid importet hoc verbum,vel circa,& quid operetur tale di-
ctum testis,vide Gulielmum de Cugno.in l.3. & l. & si post tres. ff. si quis cau. & Bart.
6 in l.Celsus.in fin.ff.de visuca.& in l.cum furti.ff.de in litem iurando.† Iuxta hoc quero,
aliquis ponit continuè se decum diebus possedit domum illam , aduersarius probat
illam non possedit medio tempore , forte per unum diem : an hoc dicta possessioni
noceat ,credo quod non,quia nihilominus reputatur continuè possedit. argu. secun-
dum Dyn.in l.i.§.quod autem.in text.ibi,quotidie duci possit.ff. de aqua quoti.& xxi.
ad quod. ff. de flu.l. i. §. item flu.ninum. idem notatur per Ioan. Andr. in procem. De-
cretalium.super verbo,quot die. & per Henr. Bohy. in ca. ex parte Cler. non residen.
7 si testis,&c.infra est,sequere.† Si testis deponit , quod vidit Titium possidere semper
per decem annos , vel decem dies,postea probatur Titium fuisse absentem,an ex hoc
testis reddetur falsus,an vero possit eius dictum saluari,& quomodo,vide Barth.in l.i.
8 post medium.ff.sol.mat.† Testis qui deponit super valore rei,quod tantu[m] dedisset,non
probabit valorem,nisi essent decem testes ita deponentes. Quia tunc diceretur commu-
ne pretium.ita dicit Ioan.de Ferrar.in tit.libellus in actione reali,in 9. col.in glo.super
9 verbis,in florum dece[m] pro damno.† Sed quid si testes non deponant , quod assertus
violentus possederit notorie.Sed dicunt quod publicè decem diebus possederit,an ha-
bebbit locum huiusmodi statutū,dicā infra,in glo.super verbo,notorie , circa si.Sed co-
ram quo iudice ista proponentur?dic quod coram eodem iudice ,vel eius Commissario,
vt infra dicam in glo.super verbo,testes.vel etiam poterint h[ab]e[n]t deduci & probari
coram iudice appellationum,vt infra dicam in gl.super verb.appellationem. Sed quā-
do & qualiter dicetur quis possedit notorie,& de domo probandi notorietatem,& si
10 debeat pronūciari super notorietate dicam plenē,infra,in gl.super verb.notorie † Sed
qualiter proberetur possessio continua decem diebus , & qualiter debent testes depo-
nere,vt concludant eorum dicta ponit Bart.in l.i.§.quod autem.ff.de aqua quoti.& x-
xiua.& dicā infra,in gl.super verbis, probata possessione.† Sed iuxta p[re]missa quero
quando ergo habebit locum remedium dicti statuti dico primo quod locum habebit
si dominus fundi spoliatus intenet remedium dicti statuti infra decem dies à die spo-
lia

SI QVIS PER LITTERAS.

liactionis, vel clandestinæ possessionis, & non permittat labi dictos decem dies item etiam, & secūdo habebit locum dictum statutū, si dictus Titius possessor domus meæ, dictis decem diebus non possederit notoriè. Item, & tertio locum habebit dictum statutum, si dictus Titius possessor domus meæ possederit notoriè & pacificè decem diebus. Et lapsis ipsis decem diebus ego dominus domus cum spolia rem: quia ego nō debui eum Ipoliare: ex quo præsumptiuē possidebat de mea volūtate, pro quo facit c. liber Episcopus. cum ibi no. de pīaben.lib.6. Item, & quarto habebit locum dictum statutum, si dictus Titius violentus possessor domus meæ ab alio spolietur, infra dictos decem dies, vel etiam post, quia ipse Titius poterit etiam hoc casu intētare remedium huius statuti, cum interdictum restitutorum competat etiam illi qui ab alio vi possideret hoc probat text. in l. meminerint. ibi, sed illico quidem possessio ei à quo est ablatā reddatur. C. vnde vi. & in l. i. §. qui autem à me vi possidebat. ff. de vi & vi art. & in c. in litteris extra, de resti. spol. & habetur in l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul de vi. Item etiam locum habere poterit huiusmodi statutum in multis aliis casibus, qui quotidiane possunt occurtere. Sed quid si spoliatus non possederit per decem dies ante spoliacionem, sed solum per quatuor vel sex dies, an habebit locum huiusmodi statutum, vide quæ dicam infra, in glo super verbis, restituetur deiectus, in qua st. fin. Sed quæro iuxta hæc, si facta reintegratione dominus audietur in petitorio? dicam infra, in glos. super verbis, ultra poenas. † Quæro ulterius, si erit licitum domino ingredi domum suam ¹² infra dictos decem dies, etiam per violentiam, si eam per alium reperiat occupatam, ut non incidat in poenam dicti statuti, nec etiam in poenam d. l. si quis in tantam? dic quod sic iuxta l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. poss. Et hoc operatur ci- uilis possellio, quam retinuerat dominus, iuxta dictum §. qui ad nundinas. iuncta l. i. §. deficiatur. ff. de vi & vi art. & de hoc etiam tetigi suprà, in gl. super verbo, possessio. ibi, tertius effectus, &c. † Sed iuxta hoc quæro, quid si testatore defuncto aliquis tertius ¹³ apprehendat possessionem alicuius rei hereditariæ, in qua habere prætendit, ante tam aditam hereditatem nunquid locum habebit poena d. l. si quis in tantam. C. vnde videto quod nō, quia d. l. quæ est odiosa, loquitur in re ab alio possessa: in casu autem huiusmodi quæst. talis res à nemine possidebatur, cum hæres non adiuisset hereditatem. & hæc videtur sentire gl. in d. l. si quis in tantam. in gl. magna. in q. quæ incipit, Vel quid si vacantem credidi, &c. Sic etiam dico eadem ratione, quod hoc casu non habebit locum dictum statutum, Si quis per litteras.

§. Notoriè.

S V M M A R I V M.

1. Notiorum triplex apud Doctores Canonicos.

2. Notiorum quid, quid manifestum.

3. Quomodo haec duo distinguuntur. & 4. & 19.

4. Manifestum quando pro notorio exponendum.

5. Notiorum est ubique constat iudicis ut iudicis quod resultat ex traditione, quod antiqua habet traditio.

6. Quod indubitate rumor afferit, nisi sim negotia ardua. Quod oculis iudicis patet de se.

7. In notiorum quomodo ordo iuris seruandus.

8. In notorio requiritur citatio, die uno elapsi, & maxime parte absente: & citandus peremptoriè. u.

- 10 *nisi index timeat scandalum.*
 11 *An in notoriis dari debeat libellus, ubi quomodo reus audiendus, & quomodo notorium reputetur non notorium.*
 12 *Notorium an per testes probari debeat. &c. 17.*
 13 *An requiratur sententia, & an ab ea sit appellatio.*
 14 *Exceptiones dilatoria non admittitur id causa Notorij, nec exceptio spoliationis.*
 15 *Testes deponentes per verbum publice, quid efficiant.*
 16 *Notorium non relevat ab onere proponendi.*
 17 *Scripta in lapide faciunt rem manifestam, sed non notoriam.*
 18 *Fama quos effectus operetur.*

IRCA hanc materiam notorij est aduertendum. † Quia doctores iuris Canonici dicunt, quod triplex est notorium, ut refert Io. Fab. in procœmio lecturæ suæ Institutionū, in §. i. in fi. videlicet quoddā continuum, quod continuè perseverat, ut ponit exemplū ipse Io. Fab. in Philippo, filio Comitis Valesij, qui obtinet sceptrū Fracie. & in hoc secundum Canonistas nō requiruntur probationes. immo valeret processus sine litis contestatione, & sine testium receptione, nisi pars negaret notorium esse: tunc enim secundū Canonistas oporteret probare notoriū, quod per duos testes probabitur, qui deponent factum esse notorium, & maiorem partem populi hoc scire, reddentes causas sufficiētes suorum testimoniorū. ita tenent Io. Glossator Decreti 2. q. 1. de manifesta. Inno. & Host. de cohabita cleric. & mulie. in c. tua. & Spe. in ti. de notorio crimine. §. iam de notorio. ver. testes. & §. i. ver. sed qualiter. Item est quoddam notorium actū trāseuntis, ut si quis publicè occidit hominē. Item est quoddā notorium interpaulatum, ut si quis non continuè, sed interpaulatim tenet concubinam, & in his requiritur probatio, ut no. in c. de manifesta. & hoc videntur sequi Innoc. & Hostien. in d. c. tua. in glo. fin. & Specul. in tit. de notorio crimen, in dicto §. iam de notorio. ver. istud autem. & Archidia. in ca. Romana. de censi. lib. 6. Sed Ioannes Fab. vbi supra, dicit quod hæc sententia non videtur vera, per c. quoniam. extra, de filiis presbyterorum, vbi actū transferat, nec requiritur probatio, & videtur expressum in feudo, de pace tenenda, & eius viola. in §. si quis hominem. & de re iudic. de pastoralis. §. notorium. & in c. si iudex. de senten. excomm. lib. 6. vnde ut hæc materia plenius liqueat. Quaræritur primò, quid sit notorium: secundò, in quo differat à manifesto. tertiò, an in notoriis sit opus citatione: quartò, an libello & lit. conte. quintò, an probatione: sextò, an sententia. si in scriptis: septimò, quomodo possit appellari: octauò, quomodo possit exequi. † Circa primū, dic quod notoriū est illud quod est ita euidens, quod non potest latere, nec tergiuersatione celari: & cuius est testis populū, ut in d. c. tua nos. & in c. de manifesta. & 61. dist. ca. sacerdotiale. in fi. Manifestū dicitur, quod vulgo dicitur, & coram pluribus factum fuit: ut testamētū Titij factum coram septem testib. l. hæredes palam. ff. de testamentis. Quid ergo si quis occidit hominem coram pluribus testibus, an dices notorium, vel manifestum? quidam dicūt, quod si occidit coram decem, quod est notorium: & de hoc nota. in dicto cap. de manifesta. Alij relinquunt arbitrio iudicis; & in hoc residet Spec. in d. tit. de notorio crimine. in d. §. iam de notorio. ver. hoc est notorium. † Sed quid arbitrabitur iudex? dic quod verum notorium est illud quod de sui natura omnes sciunt, vel scire eos est verisimile: sic quod non possit cadere ignorantia, quin sit supina: sicut si quis se gerat pro Episcopo in hac ciuitate Grationopoli. Vel si quis in Mercatu, coram toto populo conspiciē-

et occidit hominem, vel suspendit publicè, vel alium actum exercuit in præsentia populi. C.de Latina libertate tol. l. i. §. sed & qui. Et ideo credo quod sit notorium illud quod publicè fit: vel indicitur in diebus festis populo congregato, vel in publicis & maiis assidis iudicis, seu vice Balliui Graysiuodani, vel alterius iudicis, nec requiritur quod simus totus populus sciat, sed sufficit per vices, quod hi, & alij. ¶ Vnde latro dicitur manifestus, quia plures spoliauit. ff. de iniusto testamento. l. si quis quod §. hi autem. versiculo, nisi quis intelligitur diuersis vicibus. &c. & extra, de translatione Prælatorū. cap. quanto. & C.de Latina libertate tollenda. l. i. §. sed & si. & caue. quia si proponas notorium in aliqua Prouincia, oportet quod factum sit tale, quod de sua natura omnes de Prouincia sciant, vel scire possint. Si in villa, illi de villa, vel municipio, vel castro. f. de iuri & facti ignorantia. l. regula. §. sed facti. ¶ Quid ergo, si in uno vilagio, in quo sunt pauci habitantes, in cōspectu omnium factum sit, qui forte non sunt sex vel octo, videtur quod sit notorium. ff. de verborum significatione. l. Neratius. & extra, de Elecōni. cap. primo. & facit ff. de his qui notantur infamia. l. secunda. §. finali. hoc tamen credit ipse Ioann. Fab. quia dicit, ipse debet esse uotorium plurimis, & multitudini gentium, vt extra, de cohabit. Cleric. & mulier. cap. finali. Et vicinia debet esse. extra, de purgatio. Canon. c. primo. & ff. vi bonorum rapto. l. prætor. §. i. & ff. de verborum significa. l. palam. & ff. de institoria. l. sed & si pupillus. §. proscribere. Sed quod requiruntur homines, videtur quod 15. ff. vi bonorum rapto. l. Prætor. §. i. vel dic, quod decem, quia tot faciunt populum. 10. quæstione 3. cap. vno. & ita patet differentia inter manifestum & notorium. ¶ Quandoque tamen manifestum ponitur pro notorio. C.de appella. l. ciues. & ff. ad Turpilianum. l. ab accusatore. §. nunciatores & de dote præle. l. 2. & extra de verb. significa. ca. super quibusdam & de offic. dele. cap. i. lib. 6. vnde in materia quæ non requirit iudicialem indaginem, nec probationem semper expone manifestum, id est notorium. Alioquin in propria significatione retine, vt verba secundum materiam intelligantur. ff. locati. l. si uno. §. i. & sic feruabis glossas iur. ciuilis, quæ quandoque dicunt quod manifestum probatione non indiget, vt not. in l. 2. de dote præle. & non exigitur, quod omnes testes viderint simile, sed sufficit per diuersas viçes, dum tamen tantum & tot quod maior pars populi, hoc scire possit per dictum §. hi autem omnes. ¶ Item dicas quod etiam est notorium vbi cumque constat iudicii ut iudicii, vt si in figura iudicij aliquid dictum vel factum sit, quamvis populus, vel maior pars populi hoc nesciat, & sic intellige. ff. de appe. l. creditor. §. iussus, & extra de sentent. excomm. cap. venerabilis. §. securus. lib. 6. & de App. Roma. §. si autem. lib. 6. & de offi. dele. cap. de causis. Et pro hoc facit quod dicit Angel. de Aretio, in l. 3. hoc autem iudicium ff. de damno infecto. vbi dicit quod acta faciunt notorium. Quidam autem exigunt quod sint tot cum iudice quod possit dici notorium, & ita videtur tenere Specul. in dicto §. tam ver. pe. pro quo. C.de custodia reorum. l. 2. ibi, dum dicit publico testimonio. quod non est verum, secundum Ioam. Fab. Quia secundum hoc nihil faceret figura iudicij, C.de dona. l. in donationibus cum ibi no. Et est notoriū illud quod per acta & processus per partes concordatos, vel solemniter factos appetit, C.de li. contest. auth. offeratur, veri quod non tantummodo. & extra de rescript. cap. cum contingat. & 2. quæst. 2. Deus omnipotens. §. quando autem. & faciunt quæ dicit Angel. de Aretio in dicto §. hoc autem iudicium. Est etiam notorium illud, quod resultat ex præsumptione iuris in authen. de restit. & ea quæ parit. §. vnum. & ff. ad Turpilianum. leg. i. & ff. de his qui sunt sui vel alie iur. l. filium. Item est notorium quod communis & antiqua traditio habet in concusse sic, quod illustrissimus Ludouicus Rex Francorum, dominus noster, seu eius Capitanei ab eo destinati conquerierunt, de hoc anno currente, 1463. Comitatum

Rosilhonis in partibus Cathaloniz. Et passio Christi & similia. C.de sum.Trin.& fide Catholic. l. i. in princi. & ff. de rebus dubiis. l. fin. Instit. de Adoptio. §. fin. & ff. de legib. l. fina. & not per Hostiens. dicto cap. quanto de translati. præla. & Specu. in tit. de notorio. in dicto §. iam vers. notorium. Innoc. tamen dicit quod est probadum, & dat modum probandi de verb. signi. cap. veniens. primum tamē sequitur Ioan. Fab. vbi suprà per leges quas ipse ibi allegat. † Item potest dici notorium, id quod indubitatus rumor & vulgus asserit, ut videtur expressum in cap. vbi. §. fin. ibi. indubitanter rumor, &c. extra de ele&t. lib. 6. Sed hoc posset esse verum. dicit Ioann. Fab. vbi supra in artius negotiis quæ latere non possunt, secus in aliis. cap. si iudex laicus. de sentent. excomm. lib. 6. Et sic intelligitur de purgatione canonica. cap. cum dilectus. & quod ibi not. per Ioan An. post Host. Item notorium est illud quod oculis iudicis patet de se. ff. de minoribus. l. minor 25. annis. & extra de corpore vitiatis. cap. tua. de ele&t. cap. si forte. & de verb. signi. cap. constitutionem. lib. 6. Et not. quod securum est quod antequam procedatur, ut in notorio pronuncietur esse notorium, ut no. Ioan. And. de re iud. cap. pastoralis. in Clem. Sed pars etiam caute faciet, si appelleat à tali pronūciatione, quia admittetur talis appellatio, extra de appell. cap. Romana. §. fin autem. lib. 6. f. Et not. quod in notoriis non est ordo iuris seruandus in cap. ad nostram lo. 2. de iureiu. & not. Innocen. in cap. ex tenore. extra de rescrip. Tamen Ioann. Fab. vbi supra, dicit securius esse, quod ordo iudicarius seruetur ne forte reputetur notorium quod nō est, & processus annihiletur. Nisi ita esset notorium euidenter, quod esset ridiculosum ordinem iudiciorum seruare, extra de appell. cap. consuluit. & est simile consilium in cap. dispendiosam. in fine de iudiciis in Clem. † Circa tertium an opus sit citatione gl. dicit, quod sic. in dicto cap. ad nostram, & idem dicit Innoc. in ca. cum sit Romana, de appell. idē tenet Spec. in tit. de notorio crimine. in §. i. versic. i. dic quoque. Quibus obstat dictum cap. cum sit Romana. de ele&t. & dictum cap. quanto de transla. & not. ii. quæstione i. ca. statuimus. Sed dic secundum Ioan. Fab. vbi supra quod in notorio iudici, si illa die iudex procedat parte præfete non est opus citatione, ut si quis inuiriatus fuerit in presentia iudicis pro tribu' nū sedente. ex quo enim habet partis præsentia non est opus amplius euocari, & sic potest intelligi. creditor. §. iussus. ff. de app. & cap. fi. de iureiu. lib. 6. Sed die lapsa & maximè parte absente videtur necessaria euocatio partis, extra de verb. sig. c. cū olim iusti. de pœna te. litigantium. §. pen. & patet quia per confessionem emissam in indicio fit res notoria, ut d.ca. Rom. & tamen pars quæ confessa est vocatur in sententia. ff. quæ sententiæ fine app. rescin. l. i. §. item cum ex dicto in notorio vero facti transiuntis, vel inter paulatim dicunt quasi omnes. Doct. partem esse citandam, licet aliqui teneat contrarium. Tamen securius dicit Io. Fab. partem euocari, quia in ca. pastoralis de re iudic. in Clem. Papa non negat notorium, & tamen sententiam infirmat propter defecatum ditationis. & facit ad hoc dictus §. iussus. † Si tamen iudex timeat scandalum vel periculum, potest sine citatione procedere in dicto cap. venerabilem, & cap. bon. maxime à sententia excommunicationis, quæ fertur in absentem. de simo. cap. accusatum. & dicto cap. cum sit Romana. & no. in dicto cap. de manifesta. 2. quæst. i. & facit ca. constitutionem. de sententia excommu. lib. 6. in fine capituli. Tamen in illa opus esset monitione, ut not. per Hostiens. in dicto cap. cum sit, quod intellige si fieri possit sine periculo, ut suprà dictum est. † Et citabitur peremptoriè sicut in aliis causis, & cum inter uallis si sit possibile, ut ibi nec ob cap. cum olim. dere iudi. quia ibi vel pars fuit citata, vel Papa processit de plenitudine potestatis, ut ibi no. glof. & Hostiens. quid si tenuit bona defensiones habebat, & nihilominus condemnatur absens, quod fieri potuit, si in notoriis procedatur per viam inquisitionis. l. ea quidem. C.de Accu. & sic absens potest condem

condemnari.in cap.quoniā extra.vt lite non contesta.Specul.super hoc dicit quod audiatur,& si fuit condemnatus tanquā in notorio,cūm non esset notorium reuocabitur,in cap.cum Bertoldus,de re iud.Tu dic secūdū loan.Fab.vbi suprà. quod si vult dicere sententiam nullam ex eo quod non est notorium,& non fuit ordo iudicarius seruatus vel quia iniuriam cōdemnatam continet.tunc audietur vt dicto cap.pastoralis,alias nō audietur:quia cōdemnatus esset absens debita solemnitate non servata:sic intelligitur. quod Spec.notat in dicto titulo.§. 1. Sed an debeat vocari ad singulos actus judicialis: Inno,videtur dicere quod nō,in dicto cap.tua.in glos.prima.† Circa quartum quāro,² quid si pars cōpareat,an debeat dari libellus;dic quod nō:nec est necessaria litis cōtestatio,vt dicto cap.ad nostrā.&c.de manifesta.& not.in dicto cap.tua nos.& de libelli oblati.& in auth.de exh.rei.§.sacimus.Quid si reus velit excusationes,seu defusiones proponere?Innoc.& Hostien.in dicto ca.tua nos.& Specul.in tit.de notorio crimiē.§.1. Verie,quod si auditis,dicūt quod iudex audire debet.Et si nō audierit nō valet processus.Si tamen audierit & probationes nō admittat,tūc benē valet,& sufficiet quod pars coram superiori possit crimiē notorium ostendere. Sed pro Deo nūqnid si iudex superior debeat illas probationes admittere:quare ergo non principalis iudex.Ideo pro cōcordia:sic videtur distinguendū,quia aut factū,& facti qualitas sūt notoria,verbi gratia,notoriū est quod reus interficit hominē,& quod imperfectum assaliuit cum armis & occiso non percutiente,nec se defēdente;tūc hoc casu dicit loan.Fab.quod reus nō audiatur,nec ad probandū,nec ad proponendum quod fecerit ad sui defensionē.vt est expressum in feud.de pace tenen.& eius viol.in §.si quis hominē.Si verò facti qualitas non sit notoria,verbi gratia,quis in iudicio cōfessus est,quod occidit hominē vel forte sum occidit pluribus præsentibus qui viderunt mortem,non tamen primum insultū nunc vult probare quod occisus eū inuasit,iniquus esset iudex qui eum nō admireret & hoc probat dictus §.si quis hominē.imo pónit dici quod obiectus talis exceptionis facit definere rē esse notoriā.Et hoc benē probatur ff.de tabul.exhibēd.l.1.§.sed si negat,& de sententia excōmun.ca. venerabilibus §.idem cum se Et ideo conservatores qui nō possunt se intromittere,nisi de notoriis,nō possunt se intromittere si opponatur quod res nō est notoria.de offi.deleg. cap.1.lib.6.& ibi not.vide tamē in glos.loā And.³ & loannē Mona,qui videntur tenere contrarium.† Circa quintū nunquid debet probati notoriū per testes,dicūt omnes Doct.vt suprà quod in continuo notorio non requiritur probatio,in aliis sic.Innocen.& Hostiē.hoc tenent in dicto cap.tua.& Spec.in dicto §.iam versic.istud autē,cū seq.Et Archid.in cap.Romana de censi.lib.6.& in ca. fauimus de offi.deleg.in glos.ordinē versi.sed quid si ex postfacto.Quibus odīstā iura supra allegata.vnde dicitloann. Fab.quod melius est indistinctē tenere quod nō sit necessarium testes recipere in casu veri notoriij.in eo quod est notoriū.Et quod cōdēnatio valeat,& processus dato quod nil probatū sit per iura allegata.Et sufficit quod superior reperiat notoriū,& sibi fiat fides quod sit notorium.si dubitaret esse notoriū,& procederet superior per informationē,vel rei euidentiā sicut primus per iura allegata,& maximē per dictum.§.si quis hominē.Quid ergo si crimine denunciatum est iudici sicut notoriū;dic quod sic,si tale quod iudex & populus videre possint,sicut Episcopū sedentē in solio publicē tunc statim procedit sine informatione.Si autē informationē recipieret procederet secundū ipsam informationē:sic intelligitur l.ea quidem. C.de accu.& C.de defe.ciuita.l.defēsores l.3.& in illa informatione debetvocari pars secūdū Inno.& Host.in d.ca.tua,sed secundum Archi.non est necesse.vt not.per eū in cap.1.de offi.deleg.lib.6.Tamen dominus Ioan.Fab.dicit quod ipse credit quod erit tutum cum vocari per cap.bonę.§.licet de elect.vide quod ibi no.per Inno.& quod plures testes recipiātur in informatione ne sit tergiuersationi locus.Et dic quod testes nō habēt temp̄ er necesse deponere de visu.vt no.per Jo.An.& Host.in c.cū delectus de purgat.ano. Sed quid si populus sit mutatus Archid.dicit quod nō est notorium,vt dicto ca. quod potest esse verum nisi communis traditio & indubitate retinuerit vt supra dictū

- ¹⁴ est.† Circa sextum an sit necessaria sententia? videtur quod non. ff. de actio. & emptio. emptorē. C. de diuortiis. c. significasti & hāc partem tenet Archid. de censi. in c. Romana. §. fin. in glof. sciendum quod est verum. vbi tenditur ad peccantiam salutarē. alias se-
cūs extra de diuortiis. cap. porto de Purga. cano. cap. i. tertia quest. quinta. quod suspe-
cti. & dicto. §. si quis hominē. Sed an debeat dāti sententia in scriptis. videtur quod nō:
cum libellū etiam nō detur. vt supra dixi. facit. C. de sententia ex periculo recitā Auth.
nisi breviores. & in authen. de matr. prin. §. s. tibi quoq;. Tamen. domin. Ioan. Fab. dicit
quod est tutum scribere sententiam. de verborū significatiohe. cap. f. a. p. e. §. sententiā in
Clem. Sed an possit appellari. videtur quod non de appell. consuluit. & e. proposuit. &c.
peruenit. &c. quorum. appell. non recipiūtur. l. abstinentiū. ibi dummodo evidentis at-
que coniuncti. Sed dic quod non potest appellari. Si tamē de factō appelleatur. & corā
iudice appellationū proponatur non est admittenda talis appellatio tanquā facta su-
per notorio. Et si iudicii appellationū de hoc constet non admittet. alias sic. de appella-
tio. ca. Romana. §. fin. autē. Et debet iudex appellationū procedere per informationem
sicut primus iudex. Et si reperiatur notorium confirmabit processum & sententia. aliter o-
mnia annulabit. vt no. per Inno. Hostien. in dicto c. tua. Nūquid ergo iudex principalis
exequetur non obstante appellatione? dic quod nō ideo iudex appellationū potest in-
hibere ex quo incipiet cognoscere. an sit appellatio admittēdavel nō. vt dicto ca. quod
non credit Ioan. Fab. in casu in quo non posset executio retardari. ff. de appell. recipien.
l. scien. nisi in casu l. constitutionis. ff. de appell. & vultetur notar. ff. noui appell. penden-
te in l. i. in glo. appell. & facit de iniusto testam. l. si quis filio exhāredato. §. hi autem
versic. quod autem. Sed an hi modi obtineant in contractibus. & aliis quam in criminib-
us. Innoc. videtur dicere quod nō. in dicto ca. tua. in fine magnæ glof. Sed Ioann. Fab.
dicit verius. quod saltē semper obtineat quod notorium probari non debet. vt ibi not.
per Hostien. Sed bene verū est quod alia quæ supradicta sunt obtinēt. nisi in casib⁹ in
quibus. in contractibus proceditur per viā inquisitionis de quibus not. Inno. in d. ca. ad
¹⁵ nostrā. de iureiur. † Et not. quod exceptiones dilatoriæ no admittūtur in causa notoriij.
nec exceptio spoliationis. vt tenet Specul. in tit. de possessorio & petitorio. in §. quoniā
vers. verius. Idem dicūt quidam quod probatio debet fieri infra octo dies. vt per Inno. in
c. solet de sent. excom. & in Spec. in tit de notorio crimine. §. i. vers. quod notorium fa-
¹⁶ cti. † Sed an notoriū debeat in iudicio proponi? dic quod licet notoriū releuet ab one-
re probādi non tamē releuat ab onere proponēdi. vt supra dixi in glof. super verbo in-
terpretamur. De materia notoriij habemus glof. in iure ciuili. quæ dicit. quod notoriū
¹⁷ non probatur. sed manifestum fit. in l. ciues. C. de appell. † Si tamen notorium per partē
negetur debet probari. vt dixi supra circa prin. p̄s̄t̄is glof. Sed per quot testes probe-
tur notoriū? dic quod per duos testes. vt dicit Spec. in tit. de notorio crimine. in §. fin. in
fine. Idē de fama vt ibi aliqui tamē vt Ia. dicunt quod dicitur notorium quod probatur
per decē testes arg. ff. de Abigeis. l. oues. & vi bo. rapto. l. ait pr̄etor. §. i. & C. de ero. mili.
anno l. iubemns per hāc §. hoc etiam adiiciēdo lib. 12. Et hoc verū ad probandum factū
sed ad probandum factū notoriū esse notoriū sufficiunt duo testes. vt not. glof. in l.
ea quidem. C. de accusa. Quero. si scripturæ in lapidibus monumētorū impressæ faciāt
¹⁸ rem notoriā? Baldus quod sic in. in l. monumentorū. C. de reli. & sumpti. † Sed quid
si testes examinati in materia dicti statuti s. quis nō exponat per verbū notoriū. sed per
verbū publicē deponētes. quod reus tenuit & possedit rem comtentiosā publicē de-
cem diebus. An idē erit ac si deponerēt quod notoriū possederit? videtur quod nō: quia
à verbis statuti nō est credendū. arg. in l. nō aliter. ff. de leg. 2. & not. Gulielmus de Mō-
telaudino. in Clem. i. de vita & honest. cleric. in glo. super verbo. & tertio. Crederē tamē
contrarium q̄ria publicum dicitur quod nulli est licitum ignorare. vt not. idem de
Mōtelaudino in dicta Clé prima super verbo publicē. & nulli licet ignorare quod pu-
blicē factū est. vt not. glof. in cap. exceptionē. extra de excep. & ideo nō excusat pre-
textu ignoratiæ 37. dist. ca. fin. ff. de bonorum possessionibus. l. in bonorū & l. regula. ff.
de

de iuris & facti igno. Si enim reus possederit ita publicè q̄ nulli liceat ignorare quare non habebit locū huiusmodi statutū si quis ac. si testes deponerēt quod notoriē possedit, quia illa interpretatio quod reus videatur adeptus fuisse possessionē de voluntate Domini, si reus possederit notoriē decē diebus procedit ex tacito consensu spoliati qui tacitus consensus potest etiam causari & cōiecturari si reus possederit publicè omnib⁹ videntibus 10. diebus, sicut si notoriē. Ideo idem ius statutū est argumento in illud. ff. ad.1. Aqui. Idem dicerē si testes deponerent quod manifeste possedit decē diebus, quia manifestū est id quod est notorium inter agētes. † Et in hoc est differentia inter notoriū & manifestū, quia notorium est illud quod est manifestū inter agētes & alios. ¹⁹
 Sed manifestū est illud quod est notoriū inter agētes tantummodo. vt per Barth. in l. emptorem. in prin. ff. de actio. empti. An scripturæ in lapide monumēti faciat plene fidem dic quod non: tamen faciunt rem notoriā. ita dicit Bald. in l. monumētorū. C. de relig. & lūpti funerū. Sed quid de fama si per duos testes probabitur. vide per Host. in tit. de testi. in §. super quibus ver. sed nūquid fama. & veri. sequenti. vbi dicit quod sic. Quia sit differentia inter communē opinionem & famā publicam, vide Spec. in tit. de notorio crimine. §. sequitur de manifesto. in fi. † Sed quāero quos effectus fā operetur? dic quod operatur primo, quia impedit matrimoniu contrahendū, in c.2. cōsan. & af. fin. Secūdū, quia releuat aliquē à probatione iuxta no. per glo. & Bar. in l. i. C. qui & aduersus quos. Tertiū, quia fama cū iuramēto officiarii facit idem, in Auth. hodie & ibi Bar. C. de diuortiis. Quartū, quia fama excusat quē à dolo l. si miles. §. mulier. & ibi tenet Bar. ff. de adul. l. plagi. C. ad l. fa. de pl. Quintū, quia fama trāsfert onus probationis in aduersariū in casibus, in quibus cōmuniis opinio, seu fama quā cōstituit in possessione alienius qualitatis, aut seruitutis. l. si mater. C. ne de statu defunctorum. & l. 2. C. si seruus vel libertus ad decurio. perue. lib. 10. Sexto quia in his in quibus sufficit famā esse licet nō in veritate, nō ita sit operatur probationē plenā. l. Barbatius ff. de offi. prāto. l. i. C. de testa. & l. 2. C. de sc̄. & interlo. om. iudi. ita dicit Bar. in l. de minore. §. tormēta in questione que incipit vltimo principaliter, quāero, & c. ff. de quā. Septimū operatur fama quia releuat, quem à tormētis vel operatur, quod questionetur iuxta ea quē ponit text. in dīo. §. tormenta. † Octauū, quia facit prāsumi instrumentū ab aliquo Notario bonę famā existenti cōfēctū esse validū, vbi alias nō valeret l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de te mili. & tenet Bar. in l. i. circa fin. ff. quemadmodū testamenta aperiantur vbi dat consilī quod fiat articuli de bona fama Notarii, & bene facit quod ponit Spec. in tit. de insu. edic. §. restat. versic. quid si dū testes publicātur. &c. Non dū, quia fama probat dominū secundū glof. singularē in l. at qui natura. ff. de neg. gest. Decimū, quia per famam probatur nobilitas, vt dicit Barth. in l. pronidendū. C. de postulādo, & plenē. in l. i. C. de digni. lib. 12. Et infeudatio cōfert nobilitatē, vt tenet And. de Ysernia, in feud. in titu. per quos fiat inuestitura, ibi, dum dicit infeudatio cōfert nobilitatē, &c. & facit etiā quod per eum not. in tit. quis dicitur dux. † Undecimū, fama inducit iustā causam credēdi. & sic inducit titulum putatiū quā sufficit à prāscriptione secundum Barth. in l. proprietas. C. de proba De qua materia famē, vide etiā per Spec. in tit. de teste. in §. iā de interrogatoriis. in l. col. ibi item super quarto. an per cōfessionem dicatur crimen cōfessatū notoriū dic quod sic, in ca. nostra de cohab. cle. & mu. & ibi no. in glof. & per Bart. in l. si confessus. ff. de custo. reorum.

§. Rei alicuius.

SUMMARIUM.

1 Nomine rerum quid coniineatur, quid item fundi.

2 Statuum hoc loquitur etiam de iuribus incorporeis,

An loqua, nr statutum de re mobili.



PPELLATIONE rei causæ & iura continentur. l. rei appellatio. ff.
 de verb. si. Sed illa lex loquitur in aliis terminis, quam huiusmodi
 statutū loquatur. quia loquitur dicta l. si fiat in iudicio petitio. alicuius
 rei, videlicet fundi, quæ sūt illa iura quæ in tali petitione veniāt
 & quæ iura in tali petitione comprehendātur. ita ini declarat glos.
 in verbo continet. Sed istud statutum loquitur in re corporali pos-
 sessa, de cuius spoliatione agitur puta fundo. Et idem in omni agro
 aut ædificio qui appellatione fundi continet l. fundi appellatio-
 ne. ff. de verbo. si. quæ res dicuntur corporales Instit. de rebus cor. & incor. in princ. Sed
 an appellatione fundi prata & pascua contineantur? dic. quod non l. Seyæ. §. Tirannæ
 soror. ff. de fundo instructo & instr. legat. loquitur etiā istud statutū de spoliatione iu-
 rum incorporalium vt sunt seruitutes, & iura percipiendi aliquod ius anuum que etiā
 dicuntur in corporali aut instit. vbi supra in princ. †. Et quod loquatur dictum statutū, si
 quis etiam in iuribus incorporalibus patet in ipso statuto ibi vel quasi, quia cū iura in-
 corporalia non possint sui natura tangi seu palpari, ideo nō vere possidentur, sed quasi
 possidentur vt de hoc latius dicam infra in glos. super verbo vel quasi. Item etiam rerū
 corporalium diuersa sunt genera quia alia sūt mobilia, alia se mouēta. vt legitur & not.
 in l. mouentium. ff. de verb. signifi. Sed iuxta hæc quæro, dixi cuidam do tibi res meas, si
 sub istis verbis contineantur iura & actiones quas habebā cōtra Titium, Gulielmus de
 Cugno, quem sequitur Barth. tenet quod nō. in l. om. ius. ff. de stat. ho. & scripti latius in
 Decisionib. Parlamenti, quæ. §. 84. An appellatione bonorum cōtineantur nomina, iura,
 & actiones. vide Bar. in l. 4. §. argēto. ff. de auto & arg. le. Et dixi plene in dictis Decisis.
 quest. 291. & quest. 499. †. Quero ulterius, an dictum statutum si quis sibi locum vēdicit
 etiam pro re mobili, vel se mouēte sicut pro immobili? videtur quod nō: quia nullū in
 terdictum reperitur aprætoribus introductum pro re mobili ablata recuperanda. vt not.
 gl. & ibi Bart. in l. rē quæ nobis. ff. de acq. pos. licet pro re mobili, & eius possessione tuē-
 da introductam sit interdictum utrobiq; l. 1. ff. & C. utrobi. Sed credo quod saltē cō-
 petat pro re mobili, vel se mouente remedium dicti statuti si quis. Tum primo quia talia
 possidētur sicut im mobilia text. sunt in d. l. rē quæ. & in l. si rem ff. de acquir pos. & po-
 nit Bart. in l. 1. in prin. ff. de ac. pos. & videtur glos. in l. si quis in tantā in glos. magna ibi
 saper rebus quæro, &c. C. vnd. vi. Tum quia verba dicti statuti hoc sonat ibi rei alicuius
 referendo dispositionē indistinētē ad quascunque res mobiles vel immobiles: quia nō
 plus dirigit verba sua ad immobilia quā mobilia, sed generaliter loquitur de re aliqua,
 ideo generaliter debet intelligi argu. in l. 1. §. generaliter. ff. de lega. prestand. & ideo hac
 parte vidi etiam seruari in iudicādo, vt scripti in dictis Decisionib. Curię Parlamenti, q.
 212. Sic etiam audiui quod seruatur in regno Fanciæ quādo inventatur remedii statuti
 querelæ de nouis dissaysinis quod statutū practicatur. etiā super rebus mobilibus, sicut
 super rebus immobilibus, licet dictum statutū de nouis dissaysinis imitetur naturā in-
 terdicti unde vi, de quo statuto de nouis dissaysinis, etiā feci mētionē, infra in glos. su-
 per verbo clandestinæ. ibi, sed quid de arresto, &c.

§. Vel quasi.

SUMMARIUM.

1. Quid id possessio. quid item quasi possessio.
2. Spoliatus iure redditus non potest inventare interdictum unde vi recuperanda, possessionis.
Iure ciuili.
3. Canonista intentare posse probant.
4. Rationes pro Canonistarum sententia.
5. Remedium huius statuti competit pro subtracta pensione.

- 6 Concordia Doctorum super hac questione per Bartholom.
- 7 Proseruitibus prediorum & aliis iuribus intentiū remedium statuti si quis per litteras Ubi, & an rei venditio competat differatur.
- 8 Quando agitur interdicto unde vi recuperanda possessionis pro iuribus incorporalibus, an probare debeat spoliatus quod possidebat, non vi, nec clam, &c Sententia Barthol. Ubi & quando agitur conditione ex Canone querelam, an debeat libello declarari quod agitur conditione.
- 9 & 10 Qualis esse debet spoliati supplicatio, iudici offerenda & in ambiguis quomodo interpretanda.
- 11 Contra illum qui sive extructa seruitutem per fundum suum transiendi vel depascendi, debet remedium statuti si quis, nisi ambe partes in fundo contentio inueniantur, dominisque fundi seruientis transire impederetur. vii an liceat sepem hanc rumpere ex Doctorum sententia.
- 12 Qualiter sit turbatio in possessione rerum corporalium & incorporalium, ut competit interdictum uti possidetis. & 13.
- 13 Interdictum uti possidetis requiri vim,
- 14 Debites quomodo turbant possessionem, ut contra ipsos competit interdictum. vii possidetis & 13.
- 15 Pro p̄st̄ationibus annuis non habet locum ullum interdictum possessorum ex scientia Cym. contra Innocent.
- 16 Quomodo quis spoliatur possessione percipiendi pensionem: an per simplicem cessationem soluendi.
- 17 An per contradictionem seu negationem soluendi propter inopiam. Et quomodo probabit res recusationem factam propter inopiam.
- 18 Conditio ex Decretali querela competit contra alium cuius nomine est facta subtractione pensionis, si eam ratam habuerit, & contra eum qui mandauit negare pensionem non autem contra eum qui constituit negare.
- 19 Tertius cui concessum ius potest intentare interdictum unde vi, & remedium statuti si quis per litteras, Imo & officium iudicis alteri potest cedi. ut & ius eius qui propria auctoritate est ingressus possessionem ex conuenione parium vel iussu iudicis, & Actio iniuriarum.
- 20 Contra nonum possessorem fundi seruientis, vel annuam pensionem pendentis, etiam si ipse non quam soluerit competit remedium statuti si quis per litteras, ex sententia Petri Pape.
- 21 Ex variatione personarum, ex parte rei non mutatur ius actoris ubi ponuntur rationes Conclusiones Petri Papae. 22. & 23.
- 22 Qui semel fuit in possessione semper presumitur esse.
- 23 Possessio sine animo perdi non potest, ubi de significato dictiones TVNC.
- 24 Tunc perditur possessio quando denegatur solutio pensionis.
- 25 Contra tertium possessorem succurri potest actione possessoria.
- 26 Quo remedio subuenitur contra nouum possessorem qui per ignorantiam denegauit soluere pensionem.
- 27 An ius exigendi annuam pensionem habeat causam continuam: ubi, quando dicatur acquisita quasi possessio in talibus p̄st̄ationibus.
- 28 Qua commoda afferat quasi possessio iuris, vel rei incorporalis.
- 29 An in principio vel fine anni soluenda sit pensio, & quod dicatur anni principium, Capones pensionarii solui debent viui.

STATUTVM DELPHINALE,

30 Dic̄is S V P E R denotat & operatur ius in re.

31 Quae iure familiaritatis sunt non debent trahi in consequentiam, nec ex ea familiaritate acquiritur possessio, vel quasi nisi ab eterna memoria factum sit.

- 1 A B E M V S t̄ possessionē rerū corporaliū puta domus vel alterius fiduciā. & illa vere possidētur cū corpore possint apprehē. l. i. in prin. ff. de acquir. pos. Habemus etiā possessionē iurium incorporalium vt sūt iura percipiendi redditus, vel alia annuā præstationē: & vt etiā sunt seruitutes prædiorū. & illa iura cū sint incorporalia, propterea non possint vere possideri. ideo saltē quasi possidētur. l. §. incorporales ff. de acqui. re. dō. t̄. Iuxta quod quero an spoliatus iure percipiēdi redditus, vel alia annuā præstationē poterit intētare interdictū vnde vi recuperādæ possessionis, seu quasi? Legista tenet quod nō, cū dicūt pro tali annua præstatione nullū possessorū cōpetere, vt refert & tenet Dyn. in l. si certis annis. in quæst. fin. C. de Pac. Maximē interdictū vnde vi recuperande pessessionis cū nō cōpetat, nisi pro rebus soli vel solo cohærētibus. l. i. §. hoc interdictum ff. de vi & vi ar. t̄. Canonistæ vero tenet cōtrarium, dicentes quod immōd pro talibus annuis præstationibus cōpetit interdictum, vnde vi recuperādæ possessionis, seu quasi: quia videmus, dicūt ipsi, quod etiā pro iuribus incorporalibus cōpetit interdictū, vnde vi, in l. 3. §. pen. ff. de vi & vi ar. puta, vſufructuariō & vſurario, vt ibi tex. cum gloſ. quo tū iura vtendi sunt incorporalia, l. fin. in f. C de præscrip. lon. tempor. Et quod pro iuribus incorporalibus cōpetat saltē vtilē interdictū, vnde vi, tenet expreſſe gloſ. in l. si quis in tantam. C. vnde vi in quæſt. que incipit an in iuribus prædiorū urbanorū, &c. Idem expreſſe etiam tenet Bart. vbi hanc materiā tractat in d. l. 3. §. cū igitur. ff. de vi & vi ar. Et in hac opinione fuit etiam Innoc. in c. querelam. extra, de elec. Ang. de Perusio etiam sequitur opinionem Canonistarū, in l. si certis annis. C. de Pacis, in sua repetitione. t̄. Pro qua opinione Canonistarū, adduco rationes sequētes, vltra doctores. Prīmō quia præstatio annua habet vim rei immobilis, in Auth. de non alie. aut permū. re. Eccles. §. i. col. 2. & de verb. signific. l. mouentū Item quia annui redditus censentur immobilia, per Cle. exiū de Paradiso. §. cumque annui redditus de verbō signifi. & no. glo. in Liubemus. le. 2. C. de sacro sanct. Eccles. super verbo, annonas. Itē annua præstatio præscribi potest, ergo & possideri, cum sine possessione non currat præscriptio, iuxta l. cum de in rem verlo cū materia ff. de vſuris. & iuxta l. sine ff. de vſu cap. & dixi latē in Decisionibus Parlamenti. quæſt. 407. Et si possideatur, ergo in ipsa annua præstatione locum habet interdictū possessorū, facit l. litibus. in prin. C. de Agri. & cen. lib. n. & in Authen. de mandatis Principū. §. cuges. & ibi not. per glo. t̄. Sed quid dicemus ad id quod supradixi, quod interdictū recuperādæ possessionis nō cōpetit nisi pro rebus soli vel solo cohærētibus. Ad hoc respōdet ipse dominus Innocen. vbi supra, quod licet interdictum directum, vnde vi, non cōpetat pro pensionibus subtractis, cōpetit tamen conditio ex dicta Decretali, querelam. Nec est necesse in libello vel supplicatione exprimere, si intētetur cōditio ex dicto Canone, vt dicā infra in hac gl. ibi sed quādo agitur, &c. Et respectu huius statuti, si quis, dico etiā competere pro pēſione subtracta remedium huius statuti cum d. statutum locum etiā habeat pro iuribus incorporalibus, quę proprię nō possidētur sed quasi, vt patet in ipso statuto. ibi, vel quasi quę dictio, vel quasi, denotat quasi possessionē iuriū incorporalium, in cap. cum Ecclesia Sutrina, de causa possel. & propriet. & suprā dixi in princip. præsentis gloſ. ideo semper vidi practicari in Curiis temporalibus præsentis patriæ Delphin. remedium dicti statuti. Si quis etiam pro pensionibus, & aliis annuis præstationibus subtractis & denegatis: ac etiam interdictū, vnde vi, etiam in Curiis Spiritualibus. Et similiter alibi extra præsentē patriā Delphin. seruatur opinio Canonistarū rū in vtroque foro, vt refert Ioā. Fab. Insti. de interdict. in prin. & Cyn. in dicta. l. si certis annis. t̄. Ideo Bart. in l. fi. ff. quorum bonorū, voluit cōcordare has opiniones Legistarum

rum & Canonistarum, dicens, quod quando persona est obligata ad aliquot annū respectu alicuius rei immobilis, ut feudatarius, emphyteuta, & similes, tūc cōpetit interdictum, vnde vi, sic intelligit ipse Bar. dictū c. querelā & quod ibi not. vbi autē persona esset obligata simpliciter, nullo habito respectu ad aliquā certā rem, tunc dicit ipse Barth. procedit opinio Legistarum, sed respectu huius secundi mēbri, quādo, videlicet pensio debetur, nullo etiā habito respectu, ad aliquam certā rem, dico etiam quod eo casu cōpeteret remediu huius staruti, cū dictum statutum loquatur indistincte de possessione, seu quasi alicuius rei, quæ quasi possessiō cadit etiā in annua p̄r̄statione, quia aliter p̄scribi nō posset, per iūra suprà allegata. Et ita quotidie p̄acticatur dictū statutū. Si quis, & similiter interdictū, vnde vi pro annua p̄r̄statione p̄acticatur in omnib⁹ Curiis, etiā Temporalibus, secundum opinionem Canonistarū, vt refert Ioā. Fab. vbi suprà. Comp̄teret etiam pro pensionib⁹ subtrahitis remediu c. reintegrāda 3. quæst. 1. vel officiū iudicis, de quibus, & de plurib⁹ aliis remedii dicā infra, in glo. sūper verbis, restituetur deiectus, & latius in glo. fin. super verbo, clandestinæ † Sed quid de aliis iuribus denegatis, de quibus nō loquitur dicta Decretalis, querelā. An idē erit: dic quod sic; secundum Inno. in d. ca. querelā. super verbo, pensionē. Et ad idem dico, quod pro aliis iuribus incorporalibus putā pro seruitibus prædiorū poterit intentari remediu dicti statuti. Si quis, si spoliatio interuenierit: cū dictū statutum, Si quis, loquatur indistincte de iuribus incorporalibus, ibi, dum dicit possessionem, vel quasi, quia pro talib⁹ iuribus prædiorum, etiam competit interdictū, vnde vi, vt dicit Bar. in l. 1. §. 2. in ultima quæst. ff. de itinere, actuque priuato, & glo. in d. l. si quis in tantam. in glo. magna ibi, an pro iuribus prædiorū urbanorum, &c. C. vnde vi. Sed an rei védicatio cōpetat pro iuribus incorporalibus glo. videtur velle q̄ nō, in c. pastoralis. super verbo, agi potest, extra de causa pos. & proprietatis & tetigī in Decisionibus Parlamenti, quæst. 148. † Sed an hoc casu quando agitur interdicto. vnde vi recuperādē possessionis pro istis iuribus incorporalibus debeat spoliatus probare quod possidebat, non vi, nō clā, nec precario. Ba. dicit quod nō; in l. 1. §. 2. in fine sui Commenti, ibi, ultimo quæro. ff. de itiner actuque priuato. Sed quādo agitur cōditione ex dicto Canone quærelā, si debeat in libello. vel supplicatione declarari, quod agitur cōditione ex Canone, & nō directo interdicto vnde vi, crede quod non, cum interdictū, vnde vi, & cōditio ex dicto Canone tēdāt ad eundē finē: secus si ad diuersos effectus tēderēt, quia tūc deberet declarari per ea quæ dicit Barth. in l. actio ff. de nego. gest. † Quæro, spoliatus iure percipiēdi annuā p̄r̄stationē tradit supplicationē iudicii, in qua vititur talibus vel similibus verbis dico quod reus denegauit mihi annuā p̄r̄stationē soluere, me turbando, & peto me in mea, quasi possessione reintegrati, an talis veniat reintegrādus? dñs Petrus Pape, parvus meus, in quadam suo consilio, quod reperi manu sua propria scriptum, dicit quod non, posito quod probauerit de contractione & denegatione: quia cōtradic̄tio causat spoliacionē, & sic interdictū, vnde vi, per supra allegata. Turbatio vero causat interdictū retinēde: quæ duo interdicta sūt sibi ad inuicē cōtraria, quia per vnū dicit quis se esse in possessione, & per aliud quis dicit se spoliatū; quæ duo contraria nō possunt esse in eodē subiecto. l. si ancilla ff. pro suo. & l. Titiq si non nupserit. ff. de Cōdit. & demōstra. ideo talis supplicationis, tanquā contraria proponēs, nō est audiendus, nec talis supplicatione admittēda est. hoc probatur. in c. 1. extra, de postula. Præla. vbi expressē ponūtur gerundiua, quæ gerudiua, quia sūt contrariae natura præcedentibus, & propter aduersationē & cōtrarietatem nullū efficitur, quicquid agitur, vt ibi † Sed contra dicta, per dictum dominū Pape facit, quia cū ipse supplicationis cōcludat in sua supplicatione se reintegrari, ipse presupponit se spoliatū, ideo illud verbū, turbando adiectum in supplicatione debet interpretari sine assumi & intelligi pro spoliacione, sicut videmus per verbū: cōmodauerit. exponitur, id est, mutauerit, in l. fi. C. de his qui expublicis rationibus li. 10. vt fiat interpretatio secundū subiectam materiā, vt l. fina. C. qui nō possunt ad libertatem peruenire ibi: non priore casu. ideo dicit Bart. quod ille text. in l. fin. C. de his qui ex publica

tionibus facit pro sustinēdis libellis & depositionibus testiū qui proprio vocabulo nō vtuntur. & ideo credo hanc vltimam partē esse veriorē per rationes proximē tactas, & per l. si quis intentione ambigua ff. de iudiciis. & quia Inn. in c. examinata extra de iudiciis dicit quod libellus est semper sustinēdus: inquantū potest ex verbis eius recta intentio colligi. Et ista sunt mēte tenenda, quia de hac quæstione nō tangitur, per Docto. in iure scribentes. † Vlterius etiā quæro vltra doctores aliquis habet seruitutē trāscendi per fundum meum, vel eius animalia immittendi ad depascendū in fūdo meo, & est in quasi possessione p̄dicta faciēdi. Ego dominus fundi feci fieri & poni vnam sep̄ē contra iter, vel ibi feci fieri vnum murū ad impediendū ne aduersarius transeat per fūdum meū, vel vt non ponat, seu immittat eius animalia in fūdo meo Nunc quæro, si ille aduersarius poterit contra me intentare remedium dicti statuti, Si quis credo quod nō quia per talia impedimenta non causatur spoliatio, sed verius turbatio. Ideo nō cōpetit interdictū recuperandæ possessionis, sed interdictū retinendæ possessionis deberet int̄ctari, vt hæc probātur per text. cum glo. 2. & ibi Bar. in l. vim facit ff. devi & vi arm. ideo errant iudices qui quandoque his non pensatis, cōtrariū iudicāt, & male: & si appellaretur iudex appellationū, deberet expleta iudicis à quo reuocare & annullare. Fa- teor tamē quod si ambae partes se repertirent super loco debati, seu cōtentioso, & dñs fundi seruiētis nō permitteret aliū per fundum suum transire quod tunc per hoc indu- ceretur spoliatio, per l. clā possidere. §. qui ad nūdinās ff. de Acquit. poss. & tunc locum haberet huiusmodi statutū, Si quis. Sed an mihi cui cōpetit seruitus transeundi sit lici- tum rumpere, seu frangere sepes & muros ibi positos, ad impediendum ne transeā per fundum in quo habeo seruitutē itineris. vide pulchē per Joan. And. & Innoc. in ca. i. de immunitate Ecclesia. & Ioā. de Ferra. in tit. forma libelli in actione cōfesso. pro seruitute. alias iurisdictione, in glo. super verbis, pleno iure, in fin. vide etiā ff. si seruitus vē. l. si in eo loco, in princ. & Paulum De Leazaro. in Clē. 2. de cen. † Qualiter fiat turbatio in possessione rerū corporalium, ad hoc, vt cōpetat interdictū, vti possidetis, satis declara- tur per DD. l. vim facit. sed de incorporalibus non est ita clarū: possunt dari multa exē- pla, vt in pedagiis, & decimis, & aliis redditibus & iurisditionibus, quia aut alii turbāt me vti iure meo aut ipsos debitores. Primo casu, quādo alii turbāt me vti iure meo, aut turbant factō aut verbo: factō, quia turbāt leuatores pedagiorū quo minus leuēt: tur- bant debitores reddituum quo minus soluāt, vel volūt dicta iura percipere, & nituntur quantū possunt: vel turbant subditos ne obedient mihi. vel volūt iurisdictione mea vti & dicunt dicta iura ad se pertinere, & talia faciūt de factō: tūc cōtra tales habeo inter- dictū, vti possidetis, si vero, talia faciāt verbo, quia inhibit debitori redditū, & subdi- tis ne soluant, nec obedient: tunc aut est terribilis & potēs homo, & tunc habet locū in terdictū, vti possidetis. aut homo simplex, & tunc non habet locū. vt notatur per In- noc. in d. cap. querelā. & de offic. deleg. cap. sane. licet ibi nō distinguat de personis. † Pro quo facit, quia interdictū, vti possidetis, vim requirit, & sic facti atrocitatē, quæ verbis parui hominis non cōmittitur, vt ff. de vi & vi arm. l. i. §. interdictū, & quia per talem prohibitiōnem nō impediōr vti iure meo, secus si esset potēs ille qui prohibet si autem non turbat factō nec verbo, vt dictū est suprā, sed per iudicē, sine causā cogni- tione, facit inhiberi ne soluant, vel facit poni manū Curiā, vt faciūt multi fatui iudices tunc si debitores redditū, & similes cōpellūtur illi soluere, ille qui facit hoc fieri, te- netur interdicto, vnde vi, vel interdictio, vti possidetis, si turbat, vt no. per Inno. in d. ca.

querelam. Innoc. etiā ipse iudex, vt no. in d. c. querelā † Secundo casu principali, quan- do ipsi debitores, seu subditi turbant quia aut turbant cessādo mihi soluere, aut turbāt circa remedium quod habeo cōtra nō soluentes, & recusantes soluere. Primo casu, cō- tra ipsos competit interdictū, vti possidetis. secundum Innoc. & probatur in d. c. que- relam. sed videtur quod simplex cessatio nō causet interdictū, vti possidetis nā requi- rit vim. l. i. in princ. ff. vti possidetis. ibi, vim fieri veto; tunc arguo, interdictū vti posside- tis, non cōpetit, nisi fiat vis, sed vis non fit sine cōditione facti, vel verbo, vel amboī:

ergo

ergo sequitur quod interdictum vti possidetis, nō competit propter simplicē cessationē, qua nō venit cōtradicō, seu factum: maior patet per d.l.i. minor probatur, quia interdictum quod vi aut clam requirit vim, sicut istud, vt ff. quod vi aut clam. l.s. in princ. sed constat quod istud non cōpetit, nisi interueniat contradicō, vel factum importās vim, vt ea.l.s. fin. ergo nec istud. & quod in interdictū, vti possidetis, requirat cōtradicōnem, facit bene ff. si ferui. vendi. l.s. sicuti. §. Aristo. in fin. & l. & si forte. §. i. quid dicendum certe non video quod possit stare opinio Innoc. qui dicit, quod cessatio cum intētione de cātero non soluēdi operatur vim. Nam nō video quomodo possit cōstare de illa intētione, nisi hoc dicat: & si hoc dicat tūc erit contradicō: vnde necessarium semper est agere interdicto, vnde vi, quia eo ipso quod cōtradicitur, repellitur, nec animo retinetur, cū nō possit talē vim vi repellere: licet secus sit in corporalibus, vt ibi no. & melius extra, de cen. ca. significauit. videtur ergo concludēdum, quod nō possit agi contra debitorē reddituum vel decimarum, vti possidetis, propter cōtradicōnem, & propter cessationē, sed bene vnde vi. ¶ Secūdo casu quādo turbatur circa remedia quē habeo cōtra ipsos nō soluentes seu cessantes soluere, puta quia cōsueui eos gagiare, vel rē pro qua debent soluere, ad manū meam ponere, quando cessant in solutione, & in hoc me turbant, seu impediunt, nō est dubium, quia possū agere cōtra ipsos interdicto, vti possidetis. ex eo, quia turbor in tali mea quasi possessione gagiandi, vel ad manū meā pondēdi. hoc dicit Ioan. Fab. in effectu. in §. retinēdā. Instit. de interdictis. Sed Cyn. tenet quod pro p̄estationib⁹ annuis nō habet locum aliquod interdictū possessorum, in l. s̄ certis annis. C. de pātis. sed Innoc. in d.c. querelam, tenet contrariam, vt supra dixi: quem sequuntur communiter Doct. ¶ Sed quādo dicitur quis spoliatus quasi possesso-
ne pensionem percipiendi? dic secundum Innoc. quod per denegationem, ita dicit ipse in d.ca. querelā. super verbo, de nouo. in quāst quē incipit, sed quando, &c. & in verbo subtractam. Idem etiam dicit Ioan. Fab. Instit. de interdictis. in §. retinēdā vbi plenē hāc materiam tractat, & ita seruatur in iudicando de stylo Curiarum. Per nō solutionē au-
tem pensionis simpliciter cessando absque denegatione & animo retinēdi nō causatur spoliatio, vt dicit Bart. in l. postquā. C. quibus modis vſufrū. amīt. Nam si dicetem quod per simplicem cessationē solutionis causatur spoliatio sequeretur vnū absurdū quia le per cessationē solutionis canonis dosis directus priuaretur possessione sua vel quasi & sic esset eius possessio interuersa: & non possēt postea dñs emphyteutam sua propria auctoritate expellere, quod est falsum. secundū Spec. in tit. de locato. §. nūc aliqua ver. 44. & no. in l. sicut. C. de p̄scriptio. 30. vel 40. aūorum. ideo veritas est quod per simplicē nō solutionem pensionis sine expressa recusatione nō priuatur dñs sua quasi possessione percipiēdi pensionē. l. quāro. §. inter locatorē. ff. Locati. & l. colonus ff. de n. & vi. arma. & l. 2. C. de iure emphy. iunctis his quā dicit Innoc. in d.c. querelā. super verbo. subtractā. & videtur hoc velle dicere Ioannes Fab. in d. §. retinēdā. Nec similiter priuatur dñs sua possessione cessando petere per vnum, vel plures annos suam pensio-
nē, sed retinetur animo possessio. seu quasi donec fuerit denegata solutio. vt dicit Innoc. in d. glo. super verbo de nouo. ibi, & no. &c. ¶ Sed quid si cōtradicō & denego soluere talem annuā p̄stationē, quia nō possum soluere, quia non habeo vnde, vel volo ante omnia informari. An per hoc creditor dicatur spoliatus sua quasi possessione percipiēdi dic quod nō, per ea quē dicit Innoc. in d.ca. quāræ. in glo. super verbo sub-
tracta. in prin. ibi secus autem dicere, &c. quia ad hoc vt ex cōtradicōnē soluēdi inducatur spoliatio, requiritur, quod fiat cōtradicō cū intētione, & animo de nō soluen-
do perpetuō, vt ibi dicit Innoc. Sed qualiter probabit reūs, quod recusavit soluerē non animo spoliādi, sed quia nō habebat vnde solueret, vel quiavolebat informari ante quā soluerit? Credo quod per propriū iuramentum ipsius rei, per ea quā dicā infrā, in glo.
super verbo, clādestinæ, in §. sed qualiter probabitur ille animus, &c. vel etiam proba-
bitur in recusatione denon soluēdo, ipse reūs dixerit, non soluā, quia non habeo vnde
soluere: vel si dicat, volo antequam soluā informari. Sed in dubio, si hoc nō declarauit,

- 18 stabitur suo iuramento, ut dixi supra proximè. † Sed an cōditio ex dicta Decretali, quæ relā cōpetat etiam contra aliū, cuius nomine est facta substractio pensionis, si eā rata habuerit? dic quod sic, pér l. i. § quod ff. de vi & vi arma. Et multo fortius cōtra illū qui mandauit negari pensionem, vel ius. l. i. §. de iecisse. ff. de vi & vi ar. Non autē competit contra illū qui consuluit, sed aliiis remediis iuris contra talem subuenitur, ut plene per Innocen. in d. ca. querelam. super verbo, substractā. De modo autē concipiendi libellū, vel supplicationē contra illum qui mandat spoliationem fieri, tāgam infra in gl. super verbo, clādestinae. † Sed pone, sui spoliatus possessione, seu quasi percipiēdi talē annuā præstationē, posteā cessi tertio iura & actiones mihi cōpetentes ad causā dicta spoliationis. An ipse tertius poterit iure sibi cesso intētarē interdictū, vnde vi, vel remedium dicti statuti, si quis. Credo quod sic, quia interdictū retinendę possessionis potest alteri cedi, vt dicit Ioan. Fab. Instit. de interdict. §. retinēdæ sicut, &c. sicut in simili videmus, quod ille cui cōpetit restitutio in integrū aduersus aliquę contractū, potest illud ius alteri cedere secundū Barth. in l. nō solū ff. de in integrū resti. & tenet Angel. de Aret. Instit. de actio. in §. si quis agens, in 13. co. ibi, potest etiam dictū beneficium. Item etiā officiū iudicis potest alteri cedi, vt vide per Barth. in l. i. §. v. sufructuarius. in prima & secunda questionibus. ff. de noui oper. nanc. Itē si quis auctoritate sua propria possit ingredi possessionē alicuius rei, ex cōuentione partiū, vel iudicis permissione tale ius potest alteri cedi, secundū Barth. & Angel. de Aretio in dicto §. v. sufructuarius: & tertigi supra in glos. super verbis, Per litteras iudicis. in versic. sed an in casibus, &c. ideo idē credetē in spoliato possessione sua per prædictā. Itē quia actio iniuriarū potest alteri cedi, vt dicit Petr. Iaco. in tit. de actio. iniuria. ex l. Corn. Sed an rei vēdicatio, & qualiter posse cedi: & si in cessionariū transeat dominium, & quādo, vide plenē Sālic. in l. si quis maior. C. de trāsac. in 2. col. & de modo libellandi & cōcludendi in rei ven. cessa. vide Bar. in l. si culpa. ff. de rei vēd. & Petr. Iacob. in tit. de rei vēdica. vtili quæ cōpetit exceſſione. Sed an cessatio actionis vni facta, possit alteri fieri, vide Bat. in l. nō quocunq;. §. ff. de leg. 1. & in l. re cōiuncti. ff. de leg. 3. & de v. sufructu accrescēdo. l. 2. in princ. † Pone, consueui percipere super quadā domo, vel super tali fūdo quandā annuā præstationem decem iolidorū. Et possessores talis fundi consueuerunt mihi soluere dictam annuam præstationē, & sum in possessione, vel quasi dictam annuā præstationem percipiēdi super tali domo, vel altero fundo. Contingit q̄ vltierius possessor, qui erat in possessione soluēdi alienauit, & in Semproniu transtulit dictū fundum. Qui Sempronius tertius & nouus possessor dicti fundi denegauit mihi dictam annuam præstationem soluere: modo quēritur, si dictus Séproni nouus possessor talis fundi, qui mihi denegauit soluere, videatur me dicta quasi possessione mea spoliasse, vt mihi cōpetat cōtra ipsum Semproniu nouum possessorē dicti fundi remedium dicti statuti. Si quis, vel interdictum, vnde vi: Et videtur quod non, quia licet dictus Sempronius dictū fundum tributariū de presenti possideat, ipse tamē dictam annuam pensionē nunquam soluit mihi: & sic res petītu sui non videor esse in quasi possessione exigendi dictā annuā præstationē. Quid dicendū: Doctores in iure scribentes non mouent hanc questionem quod viderim, sed reperio eam motam per recolendae memoriæ Dominū Petrum Papæ, Legum Doctor. patruum meū, in quodam suo Consilio, incipiente, Ego dico hunc libellū, &c. De quo Consilio etiā feci mentionē in Decisionib. Parlamenti, quæst. 629. in quo suo Consilio ipse exprefse tenet, quod dictus Séproni tertius possessor per dictam denegationem per eū factam, licet nunquā soluerit, dicitur me spoliasse quasi possessione percipiēdi dictā annuā præstationem. Et quod propterea contra eum cōpetit interdictum recuperādē possessionis. † Quod sic probat ipse rationibus sequētibus. Quia dicit ipse dominus Petrus Papæ ex variatione personarū ex parte rei nunquā mutatur ius actoris, quin remaneat sēper idē ius. l. 2. §. ex his. ff. de verb. obl. facit Cle. si. de iure patro. Et ratio huius est, quia dicit ipse iura metiūtur ex parte actorū, & nō ex parte rei, vt not. lnn. in c. prudentiā, super verbo, cōstatre. de offic. deleg. ita q̄ cōsideramus magis personam

actoris, quā rei. f. si pars hæc ei petatur. l. i. in princ. i. i., ius no ex eo metitur. & habetur in l. de act. §. sed iste quidē, in prima gl. Ergo idē dicamus in proposito casu, quod cum ego fuerim in possessione, seu quasi exigēdi à prædecessoribus dicti Sépronij moderni possessoris dicti fundi, quod etiā fuerim in quasi possessione exigēdi à dicto Sépronio moderno possessoře dicti fundi, vsque ad tēpus denegationis prædictę: cum ius actoris nunquā mutetur ex variatione ex parte rei. Itē, posito & non concessō, quod posset dici variatio, adhuc iura metimur ex persona actoris, vt supra dictū est: ita quod cōsideramus illud ias, quod est in persona actoris, nō illud q̄ est in persona rei, vt dicto §. sed iste quidē. & ibi not. Insti. de acti. † Præterea quod ex variatione personarū ex parte rei 22 nō mutetur, ius actoris probatur: quia qui semel fuit in possessione, sēper præsumitur esse, quia cōstat nos possidere, donec aut nostra voluntate recclserimus, aut expulsi fuerimus, vt not. per Holt. in c. cū ad sedē de restit. Ipoliato. & facit tex. in l. 3. §. nā constat possidere. f. de acquir. possess. Sed ego fui in possessione, seu quasi percipiēdi dictā annuā præstationē à prædecessoribus dicti Sempronij: ergo semper præsumor possidere, etiam cū dicto Sempronio moderno possessoře dicti fundi, vsque ad tēpus denegationis: quia tunc ego fui expulsus à mea quasi possessione. Nā si bene inspiciamus text. in dicto §. nā cōstat, loquitur indistincte in persona possidētis, nō curādo de persona cōtra quā possidetur. Cū ergo dictus §. loquatur indistincte, est indistincte intelligendus, cū non reperiatur per aliam l. vel Decretalem distinctus. & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. l. de pretio. & ibi no. ff. de Publicia. & extra, de ma. & obe. c. solita. §. primo. ergo patet q̄ cum dictus §. nā cōstat, nō distinguat cōtra quem posside-
tur, quod ex variatione ex parte rei nō mutatur ius actoris. Et sic ego sēper præsumor esse in possessione vsque ad tēpus denegationis facta per dictū Semproniū modernū possessoře dicti fundi. Et ideo in dicto §. nam constat bene dicitur aut expulsi fuerimus, vt ibi habetur. † Præterea videtur casus extra de resti. spolia. in ca. cū venissent. & 23 ibi glo. 2. in fin. quia licet prædecessores dicti Sépronii desierint dictū fundū possidere, nō propter hoc ego perdidi possessionē, vel quasi pensionē exigendi, quia possessio si- ne animo perdi nō potest. vt not. Innoc. in dicto c. querelā, in gl. super verbo, de nouo, facit l. 2. §. in amittenda ff. de Acq. pos. cū ergo sēper habuerimus animū possidendi, patet q̄ ego fui in possessione à dicto Sépronio possessoře moderno vsque ad tempus denegationis, quia tūc quādō ipse Sépronius denegauit ego perdidi possessionem, & animū possidēdi. vt not. per Inno. in dicto c. quārelā. in dicta gl. vbi ponitur per Inno. dictio T V N C: quae dictio T V N C, denotat extremitatē téporis. l. si his legatū. §. fin. ff. de cōdi. & demonstratione. & not. in c. quā sit, de Elec. lib. 6. & in c. i de vſuris. lib. 6. ergo in illa extremitate téporis qua denegatur solutio pēsionis perditur possessio, ergo patet, quod ante denegationē pēsionis est ibi possessio, cū in ipso tempore denegationis perditur possessio: quia si ibi ante nō esset possessio, non posset perdi, seu tolli, quia q̄ nō est, tolli nō potest. ff. de iniusto testamento. l. nā & si. & not. extra, de dēpons. impuberū. c. ad dissoluendū. † Et ita patet secundum Innocentium, quod tunc perditur pos- 24 sessio, quādō denegatur solutio pēsionis. Nec ibi distinguit Innocētius de persona cō-
tra quā possidetur, vt rū mutetur seu varietur dicta persona sed simpliciter dicū rūc perditur possessio: quādō denegatur solutio pēsionis. Ex quibus propterea clarē patet q̄ contra dictū Semproniū tertīū possessořem dicti fundi potest intētari interdictum, vnde vi recuperandæ possessionis, si denegauerit pensionē soluere, liceat nunquā eam soluerit. Sic ergo dicendū est in casu præsētis quæstionis, iuxta thema propositū, quod poterit etiā intentari remedīū dicti statuti. Si quis per præmissas rationes. † Sed an pro 25 annua præstatione poterit alio remedio succuri contra tertīū possessoře rei super qua pensio fuit imposta, dic q̄ sic, actione cōfessoria, seu quasi, vt plenē dixi in Decis. Parl. quæst. 42. in fi. & quæ suprā dixi de nouo possessoře, q̄ cōtradicendo & denegādo soluere videatur dominiū pēsionis spoliasse intelligo, vbi tertī & nou' possessor est debitē certificatus de pensione, quia si nō esset debitē certificatus iusta ignorantia eū excusa-

ret à violentia expulsiva,iuxta l.colonus.in fi.cum glo.ff.de vi & vi arm. idē tenet Petr.
Iaco.in tit.de interdicto,vnde vi,pro re incor.Facit etiā ratio, quia cū nouis possessor
26 ignoret,nō potest dici in dolo denegādo,qui tamē dolus in hoc interdicto recuperan-
dæ requiritur,l.i.§.ad solā ff.de vi & vi arma.& no.per Inno.in d.c.querelā.†. Sed quo
remedio subuenietur contra tales nouum possessorem,qui per ignorantia denegauit.
Ioā.Fab.in d.§.retinēdē.in fi.Instī.de interdicti.dicit quod domino pensionis subuenie-
tur remedio.l.cū quarebatur.C.vnde vi.vel l.2.ff.de Conditione tritica.Sed quo ad te-
medium d.l.cum quarebatur,crederem quod dñs.Io.Fab.male dixerit,quia dicta l.lo-
quitur quando adest dolus,vt dicit Bar.in l.inuasor.C.vnde vi.†.An ius exigendi diētā
annuā præstationem habeat causam continuam? credo quod sic,sicut ius exigēdi vēti
gal & ius exigendi decimam,& ius exerceādi iurisdiictionē,quia animo retinentur,vt
tenet Inno.in c.de quarta.e extra,de præscri.& Bart.in l.iusto.§.nō mutat.ff.de vſuca.De
habentibus causam continuam vel discōtinuā,secundum Legistas,vide plenē per Bar.
in l.si aquā.C.de seruit.& aqua.Sed quando dicetur quæfita quasi posseſſio in talibus
præstationibus annuis Andrēas de Isernia in feudis.in tit.quid sit inuest.ibi,vero vafal-
lus,&c.tractat hanc quæſtionem,& dicit quod aliqui dixerunt quod reperiuntur duę
vel tres annuales præstationes ad acquirēdum,quasi posſessionē talis annua præstatio-
nis:fed ipſe de Isernia dicit & tenet quod ſufficit quod ſemel fuerit ſoluta.& nō fuerit
sequuta infra annum contradic̄tio,& tunc lapsō anno dicitur dñs fuisse in quasi pacifi-
ca posſeffione,de hoc dicā latius in gl.super verbis,probata posſeffione,ibi,ſed
28 qualiter probabitur.&c.†.Sed iuxta præmissa quæro,quæ cōmoda ad fert quasi posſeſſio
iuris vel rei incorporalis?dic quod multa cōmoda: quæ vide per Bar.in l.fl.de itin.
actuq;priuato.Et inter cetera,quia quasi posſeffio iuris incorporalis,etiā trāſ fert onus
probādiū aduersarium,ſicut vero posſ.l.non ignorat.C qui accus.non pol.An per cō-
29 ſtitutum quæratur quasi posſ.in iutib⁹ incorporalibus dixi ſupra,in glo.super verbo,
pos.†.Circa hæc quæro,ſi quis teneatur anno quolibet annuam præstationem ſolu-
re,ſi debeat ſoluere in princ. anni,vel in fine? dic vt per Bart.in l. qui hoc anno ff.de
ver.obli.& per Cyn.in l.ædem,C.locati.vide Innoc.de locato.c.pen.& Bar.plene ff.de
variis & extraord.cognit.l.i §.Diuus.Et Henr.Bohi.in c.sicut nobis.de te iudic.& Ioan.
And.in c.peruenit.extra,de arbitris Sed quādo incipiet ille annus dic quod licet annus
ſecundū communē obſeruantiam incipiat in die Natalis Domini,vt dicit Barthol.post
Jacob.Butr.in l.liberorum ff.de accu.in quæſt,quæ incipit,quæro aliquis percussit,&c.
tamen in contrāctibus annus incipit die crastina,vel ſequenti,ſicut placet contrahen-
tibus.l.in cōuentionib⁹ ff.de verborum obligatione.Et ſi quis teneatur ſoluere de cē-
30 annuo vnu par caporū,ti debeat ſoluere & tradere viuos?dic quod.sic,in l.i.§.nox au-
tē.ff.si quadru.paupe.feciffe dica.†.Si aliqua pēſio imponatur,vel legetur ſuper aliqua
posſeffione vel proprietate,an dicatur res hypothecata,vide Bart.& Doſtores in l.Ga-
iūs ff.de annuis legatis.vide etiā l.fin.§.fi.de cōtrah.empt.& de hac materia hypotheca-
ria plenē ſcripsi in Decisionib⁹ Parlamenti,quæſt.434.Dictio,s V P E R,denotat & ope-
ratur ius in re,ſeu realē.l.codicillis.§.inſtituto.ff.de legatis ſecundo.& ponit Barth. in
dičo §.finali ff.de cōtrahen.emptione & venditione:vide de hac dičtione,s V P E R per
31 Bartholum in l.à.Diuo Pio §.ſi ſuper rebus.ff.de re iudicata.†.Iuxta hanc materiā quæ-
ro in ciuitate Viennæ domini Ecclesiastici Ecclesiæ ſācti Mauricii die ſācti Sympho-
riani vadunt ad vineas ad comedēdū racemos,cōtingit quod nobilis Jacobus Mirabel-
li,anno lapsō eis prohibuit ne accederēt ad eius vineā:dicti Domini Ecclesiastici intē-
tarunt in Curia Parlamenti remedium huius ſtatuti,an potuerint?crederem quod non.
quia quæ iure familiaritatis ſiunt non debent trahi ad cōſequentiā:nec queritur ex tali
familiaritate posſeffio,vel quaſi per l. qui iure ff.de acquir.pos.& quia quod fit de gra-
tia propter hoc nō quæritur ius.no.in cap.bonā.l.& de poſtu.prēla.& in ca.cū inter v-
niuersos de elect.mifi eſſet factum ſanto tempore,quod de cōtratio memoria hominū
non eſſet,aut ſaltē longiſſimo,tūc familiaritas deducitur ad necessitatē,vt not per In-

no.c,ad Apostolicā de Simo.in glo,in ver.& si dicas nisi appareret de protestationibus contra eos factis,vt no.per Ioan.Fab.in l.si certis annis.C.de pactis & no.per gl,in c cū Ecclesia de caupo.& propriè glos.ante penult,in fin,& per Innoc in cap.olim lib.3.de resti.spol.de dicta protestatione,vide cap,pontifices,7.quæst.,sed quod prescriptio longissimi temporis non pro sit hoc casu videtur notari.io.quæst.3.cap.quia cognouimus sequitur in text.absque mandato.

§. Absque mandato Iudicario.

S V M M A R I V U M

¹ Explicatur lex meminerit,& cum statuto si quis reconciliatur.

² Si quis aliam sine mandato Iudicis, aut mandato iudicis, sed eo iniuste cōcesso quomodo subueniat,

SENTIT ergo hoc †.statutum à contrario sensu,quam si quis fuerit spoliatus mandato iudicario,quod non veniat reintegrandus in sua pristina possessione : sed contra de l.minuerint.C.vnde vi sed dic quod dicta l.loquitur de mandato à iudice iniuste concessio, parte non vocata quo casu habetur iudex ut priuata persona prohibitum.C.de iure fisici.huiusmodi verò statutum respectu huius mandati iudicarij loquitur de mandato à iudice iustè concessio in figura iudicarij,parte vocata quo casu prætendi non potest spoliatio& hanç solutionem sentire videtur Spec.in tit de petitorio & possessorio in §.fin:in prin.ibi primus. & de hoc etiam scripsi in gloss.i,circa principium,super verbo *per litteras iudicis*. †. Si quis autem alium spoliauerit sua possessione sine mandato iudicario vel cum mandato iudicario iniuste concessio,quo iure sive quibus remediis poterit subueniri spoliato dic quod remedio huius statuti si quis & pluribus aliis remediis de quibus tangam infra in glos.super verbo restituetur,deiectus.

§. Probata.

S V M M A R I V U M.

- 1 Vi habeat locū hoc statutum deponere debenti testes spoliatum fuisse in possessione tempore spoliationis.Vbi quid ad possessionem rei corporeae sufficiat exponitur.
- 2 Depositio testium qui instrumentum quo spoliatus nactus fuit possessionem viderunt, quid sufficiat.
- 3 Violentus assertus probando se publice & notoriè domum per decem dies ,circa posseditse ac ciuitet quominus hoc statuto conueniat ubi de copula E.T.
- 4 Possessionis perceptionis pensionis annua ,si plurium annorum petatur quomodo probari debant.
- 5 Spoliatus si testes non habeat an per recognitiones probare possit possessionem annua possessionis.Vbi & de modo probandi dominum.
- 6 Intentanti remedium huius statuti.non sufficit probare possessionem per instrumentum in quo appareat spoliatum anno & die adeptum fuisse possessionem realem fundi : sed adhibendi testes & quare.
- 7 Actor ut probet se posseditse tempore spoliationis sufficiit probare se posseditse per aliquod tempus ante spoliationem,quo probato presumitur continua possessio.

STATUTUM DELPHINALE,

- 8 *Qui semel possedit semper presumi: ut possidere donec fuerit à possessione expulsus. Vbi de probatione possessionis centum annorum.*
- 9 *Per instrumentum inier easdem personas confectum probantur confines fundi plebejatus: secus non: per Barthol.*
- 10 *Ex solutione mercedis probatur possessio fundi per Bart. Vbi de modo articulandi in hac materia. Imo ex locatione, et si non probetur solutio mercedis, & quomodo probet instrumentum locationis.*
- 11 *Dominus existens in possessione rei an agere possit actione in rem.*
- 12 *Qui intentauit interdictum recuperanda possessionis coram iudice, non potest redire ad remedium, huius statuti si quis.*
- 13 *Confessio possessoris coram Notario à iudice deputato ad informandum probat possessionem spoliati: secus si coram alio Notario confessus sit.*
- 14 *Idem operatur confessio Procuratoris quod ipsius domini: Vbi, quid si duo Procuratores quorum alter ait, alter negat vel duo intores affirmans unus alter negans.*
- 15 *Deposito testium per verbum VIDETVR, vel CREDIT, vel per similitudinem facta non probat possessionem.*
- 16 *Probata possessione de presenti non presumitur etiam de praterito. Vbi an valeat statutum si quis, ubi possessio spoliati fuit violenta.*

ROBATA à possessione videlicet tempore spoliationis, debet enim testes deponere ut habeat locū huiusmodi statutū si quis, & similiter interdictū unde vi, videlicet quod spoliatus possidebat tempore spoliationis sive deiectionis. ff. de vi & vi ar. l. l. §. interdictū, & no. Spe. in tit. de teste. §. iā de interrogatoriis. in ver. itē de tempore ibi patet etiā in eo, &c. Sed iuxta hoc quāro quid debeat testes depoñere ad probandū possessionem ut habeat locum temedium, dicti statutū si quis? dic quod sufficit quod testes deponāt quod viderunt spoliati intrare domū vel vineam & eam possidere per unum, duos, vel tres dies, quia ad acquirendā possessionem rei corporalis sufficit intrare domum vel fundum animo possidēdi. iuxta l. l. in princ. ff. de acquisit. pos. Sed quid si testes deponāt q̄ ipsi legerūt, qualiter spoliatus adeptus fuerat possessionē rei qua fuit spoliatus. an ex tali depositione probetur adepta possessio? dic q̄ nō, nisi doceatur de instrumento, per ea que dicit Bar. in l. l. ff. si cer. pet. Ibi iuxta prædicta quāro, &c. dū dicit q̄ testes qui deponūt quod viderunt instrumentū debiti nō probant, nisi doceatur de instrumento, & hoc videtur tenere Cyn. in Auth. si quis in aliquo documēto. C. de eden. in quæstione penul. in f. dū dicit q̄ si ipse esset iudex non admitteret tales testes ad euitandū fraudes. licet Petr. de Bellapertica dicat q̄ quando testes sunt discreti sciētes discernere cauillationes instrumenti probant alias secus. Ideo Bald. alibi dicit q̄ creditur magis pluribus Tabellionibus deponentibus quam totidem testibus nō Tabellionibus, in Authen sed cū testator circa finē C. ad l. fal. Si tamē in materia huiusmodi statutū si quis possessio probetur per instrumentū dicam infra in quæstione quæ incipit ulterius, quāro, &c. + Sed pone q̄ reus assertus violentus vult probare quod ipse possedit domū vel vineā notoriē decem diebus domino sciente & nō contradicente, vt non habeat locum contra eum dictum statutū si quis, de qua quæstione tetigi supra in gl. super verbo per decē dies. in prin. vel dicit se publicē possedisse decē dieb⁹, de qua quæstione tetigi supra in dicta glos. super verbo per decē dies, ibi idem etiā, &c. Si eius intentio erit probata si testes deponant quod viderūt possidere publicē, & notoriē à decē diebus citra? dic quod nō, secundā Bart. quia illa depositio posset verificari, quod ipse possederit per unā diē à decē diebus citra. Sed deponere debet sic testes, videlicet quod viderūt reū possidere domū, & § decē diebus citra, quia illa copula ē t. d. Bai. multū operatur in hoc, & est sēsus quod iniū possessionis fuit, iā sunt decē dies lapsi, quæ fuit cōtinuata per dictos decē dies,

Ita sunt verba Bart. quæ ponit modū probādi possessionē decem vel viginti annorū, in l. Celsus. circa finē sui comēti. ff. de vñuc. Idem etiā tenet Host. vt ibi refert Barth. idem dicit ipse Bar. in l. i. §. q. autē ff. de aqua quoti. & æsti. † Sed qualiter probabitur posses-
sio, seu quasi perceptionis pensionis annua ab aliquo solutæ, si requirantur solutiones pluriū annorū: die quod sic, saltē trium annorū, quia in iuribus incorporalibus ternus actus pacificus inducit possessionē in c. cū Ecclesia Sutrina. de causa pos. & proprietatis. & in hac opinione fuerā aliquādo, pt dixi supra in gl. super verbo, vel quasi, in qua-
stionē quæ incipit sed quādo, &c. Receptio enim pensionis est signū possessionis. vt not.
gl. c. cū venissent. extra de rest. spo. super verbo annuā pensionē. At tamen dom. Petr.
la dicit q. sufficiunt duo anni in tit. super pensione seu redditu, libellus in vñc. itē cre-
do. & alibi dicit Spec. quod verbū sape accipitur pro duabus vicibus, in tit. de inquisi-
tione. in §. i. circa princ. & alibi dicit gl. q. sape accipitur pro duabus vel tribus vicib. in
Auth. de testi. §. quia vero s̄a pe. Ideo dico hoc relinquendū arbitrio iudicatis. † Sed q.
ego spoliatus nō possum probare possessionē, seu quasi per testes. Ideo produxi coram
Dño. indice recognitiones per quas appareret quod tale mihi cognoit certum censum.
an per hoc probetur possessio, seu quasi perceptionis talis census: die quod nō secundū
lo. Fab. Inst. de act. §. equi. in 9. col. ibi, tertio queritur, & hæc procedunt respectu pro-
bationis possessori: quia ad probandū dominiū nō sufficeret probare quē esse in quasi
possessione perceptionis talis iuris. in l. si pater. C. de act. emp. & in l. neque naturales.
C. de proba. & l. ad probationē. C. eod. Nisi fuisset in quasi possessione tāro tempore q.
posset tale ius percipiēdi acquiri præscriptione: de qua præscriptione iuris percipiendi
annuā præstationē, & quāto tēpore acquiratur plenē scripsi in Decisionib. Curię Parl.
quæst. 407. Et ibi sufficiat remissio, quia nō est præsentis speculationis respectu mate-
ria huius statuti si quis. De modo tamē probādi dominiū, & qualiter testes debeāt de-
ponere super probatione dominij. vide Spe. in ti. de test. in §. nunc tractandū. ver. quid
ergo si quis petit fundum, &c. & melius in t. de iure emphyt. in §. nunc aliqua. ver. 56.
† Vlterius, querò si intentāti remedī huius statuti si quis, sufficiat probare possessionē
per instrumentum in quo appareat, q. ipse spoliatus anno & die talibus adeptus fuerat
possessionē realē & corporalē talis domus vel talis prati: Et videtur q. sic, per l. 2. C. de
acqu. pos. circa fin. ibi instrumēto. Sed contrariū credo, q. imo in materia huius statuti
quis, debeat probari possessio per testes, quia hoc sonant verba ipsius statuti ibi pro-
bata possessione. Et sequitur per duos aut tres testes quæ verba statuti etiam supra ius
debet de aliquo operari. arg. in l. si quādo, in prin. ff. de le. 1. Nec debet ipsa verba statuti
ampliari, vt per aliū modū fiat probatio possessio, quia verbis ipsius statuti quāquā
duris statū est. vt dicit Bar. in l. i. ff. q. vi aut clā. nec sūt ipsa verba ampliāda vt not. Iac.
de Būt. in l. i. de cōd. inscr. Ideo dixi intrā in glo. super verbis, per duos aut tres: quod iu-
tamētū nō supplet probationes in materia huius statuti si qui. Et forte iusle fuit motus
conditor huius statuti disponere fieri probationes per testes in materia huius statuti si
qui, quia potius adeptā possessionē aliquo casu, laplū temporū præsumi potest animo
pedita possessio, puta cessando ab actu possessori: per annū, secundū aliquos, vt refert
Iac. in c. querelā. de electio. vide etiā quæ circa hanc materiā dixi supra in 2. quaſt. 7
presentis glof. † Sed qualiter probabit actor, q. ipse possidat tēpore spoliationis, maxi-
meli ipse fuerit spoliatus aliquo iure incorporali. Respōdeo q. variis modis maxime si
super sint testes qui viderit vñuc; spoliatū tēpore spoliationis possedisse, & ipsū inua-
lē spoliaſſe, aut saltē alterū sufficiet probare, sc. spoliatū possedisse per aliquod tēpus
ante spoliationē. Mā hoc probato prælumetur cōtinuata possessio vñq; ad spoliationē,
& per cōsequēs possessor præsumetur violētus vel clādestin⁹, nisi probet titulū suę pos-
sessionis, vt plenē not. per In. in c. sepe. de resti. spol. & in c. querelā. de elec⁹. & per Cyn.
in lñō ignorat. C. Ad exhiben. & in l. super longi. C. de præscri. lon. tē. & in l. siue possi-
sio. C. de proba. & no. Bart. in l. Celsus. ff. de vñuc. & ponit hoc pulchri Ioan. de Ferr.
in tit. forma libel. in causa spol. possid. in glo. super verbo s̄epi⁹ requisitus. † Et facit pro 8

hoc ratio qsi semel possedit semper præsumitur possidere donec fuerit à possessione expulsus, aut sua voluntate desierit possidere tex. in l. 3. nā cōstat. ff. de Acq. poss. & not. Host. in c. cū ad sedē extra de Resti. spol. etiā in iuribus incorporalibus secundū Inno. in dicto cap. querelā super verbo subtractā qui allegat. l. quēad modū. ff. de Acqui. poss. De possessione autē centū annorū qualiter probetur me remitto ad ea quae scripsi in Decisionibus Curie Parlamenti quæstione 357. quia illa probatio centū annorum non est præsētis speculationis respectu huius materia statuti si quis. vide etiā super hoc pūcto Bald. in Auth. quas actiones. C. de factos Eccles. † Sed an per instrumētū probetur cōfines alicuius fundi plebeiatū aut alterius territorij, puta per instrumētū quod facit mentionē de finibus talis plebeiatū dic quod talia instrumēta inter alios confecta nō probant, sed inter easdē personas: sicut in l. cū aliquis. C. de iur. deli. & ibi glo. & Bart. & facit l. optimā. C. de contrahēn. & cōmittenda stipulatione. ista sunt verba Barth. in dicta l. cū aliquis. † Sed quid si nō possim probare per testes, quod ego fuerim in possessione talis domus vel talis prati, tamē probauī quod talis colonus qui tenebat domū, vel vineā sub loquario meo soluit mihi alī quibus annis, vel vno anno mercedē pro loquario talis domū, vel talis prati. an hoc sufficiat ut cēseatur probata possessio ut possim intēptare remedū huius statuti si quis? dic quod sic; quia ex solutione talis mercedis probatur possessio, vt dicit Bar. in l. qui vniuersitas. §. fin. ff. de Acq. poss. quod tene mēte vt ibi dicit Bar. quē ibi sequuntur Raphael Cumanus, & Ang. de Aret. qui Bart. ibi ponit modum articulādi in hac materia, videlicet quod articuletur, quod ipse colonus mihi mercedē soluebat ex locatione per me sibi facta. Idē si probetur quod locauerim domū, vel vineā, etiā si non probaretur solutio mercedis. vt ibi Batt. quia colonus sive inquilinus nō possidet licet corporaliter detineat, sed per ipsū dominus possidet naturāliter, & civiliter iuxta l. si quod. §. per colonos. & ibi doc. ff. de Acquit. poss. & tangā infra in glo. super verbo clādestinē. ibi vltterius quero, si colonus, &c. &c. Et ibi vide si colonus interuerat possessionē domini quomodo succuretur domino, ibi scilicet quo remedio, &c. Si ex instrumēto locationis probetur possessio, vide doct. in c. cū Bertoldus de re iudica. † Quero, circa hāc materiā possessionis an dominus existēs in possessione rei sive possit agere actione in rē, & petere pronunciati rē ad eū pertinere, vide Cy. in l. i. in quēst. 4. C. de alien. iudi. in u. 3. causa facta. † Quero, iuxta materiā huius statuti, ego qui fui spoliatus possessione domus mee, traxi violentū in causā corā iudice, corā qio intētai interdictū recuperādē possessionis & petui litē cōtestari super dicta mea petitione: postea re uisus videns q̄ illa causa poterat habere magnū tractū volui intentare remedū huius statuti si quis. an potero ad ipsū redire: dico q̄ nō: quia beneficium dicti statuti est nouum beneficium: interdictū vero recuperādē possessionis quod in iudicio intētai est vetus remedū. vnde imputādum est illi qui pro novo beneficio verus elegit grauamen. vt not glo. 17. quēst. 4. ca. xxvii & pro hoc facit q̄ not. per Gof. in summa. in tit. de iudiciis. ver. partibus autē ibi sed si pars aliqua, &c. Et pro hac etiā facit l. post diē. ff. de l. cōmissaria. facit etiam pro hac in simili ratio, quia si peto attenuata in præiudiciū appellationis via ordinaria reuocari, nō potero postea redire ad beneficium extraordinariū, videlicet quod officio iudicis reuocerū, vt tenet Archid. in canō solūm. de Appel. lib. 6. ibi, & not. &c. & Spec. in tit. de appel. §. pē vers. sed pone petit &c. & Bart. in l. vna. ff. nil no. appel. pen. De hoc etiā tangā plenius infra in glo. super verbo cōpellatione. † Sed pone quod nō probatur possētio per instrumētū nec per testes, sed cōparet violentus coram Notario Curiae Graysinodani, Cōmissario deputato per iudicē ad recipiendum informationem super possessione & spoliatione. Et cōfitetur spoliasse partē suā aduersam sua possessione talis rei, vt plurimū cōtingit. An valeat cōfessio corā tali Notario facta vt debeat pars reintegrari: videtur quod nō, per ea quae ponit glo. in l. iubemus, circa finē. C. de liberali causa. Sed contrarium credo in casu presentis quæstionis. cū talis cōfessio nō fuerit facta corā priuate persona, scilicet coram cōmissario, seu delegato à iudice ordinario, & qui fungitur in illa parte vice iudi-

judicis ordinarij delegantis. I. more maiorū ff. dē iuridi omn. iud. Et ita seruatur in indicando de stylo in Curiis præsentis patriæ Delphinalis, quia ex tali cōfessione partis fit reintegratio: prout & quælibet sententia in confessum etiā indicio minus legitimè instituto ferri posset, secundūm Innocentiū, in ca. Pisaniis. de Rest. spolia. & in c. cum super. extra de fato cōpē. Et de hoc tetigi etiam in Decisionibus Curiæ Parlamēti, quæstione 120. & quæst. 216. Nec obſt. dicta glossa in dicta l. iubemus. quia ibi loquitur in cōcessione facta corā Notario non fungente vice iudicis ordinarij. ideo non valet cōfessio tanquam contra priuatam personā factā. vt ibi per gloſ. † Sed an confessio procuratoris in hoc tantū operabitur, sicut confessio domini, vt ex ipsa cōfessione Procuratoris possit fieri reintegratio possessionis? dic quod sic, per gloſ. & ibi Oldra. & Doct., in l. si defensor. ff. de interr. acti. in glo. super verbo præiudicium. nisi dominus probaret cōtrarium confessionis. vt ibi dicit gloſ. Sed sint duo Procuratores, & unus confiteatur, & alius neget, cui responsioni stabitur, vide Bar. in l. consilio. ff. de curatore furioso, vide etiam in l. pluribus. Et quid in duobus tutoribas quorum unus negat, & alius confitetur, vide per Spec. in tit. de tutore. §. final. in fine. Sed an requirantur testes, vel duo sufficiant ad probandum possessionem & electionem est forma huius statuti, & si debeat præstatu*m*entum in supplementum probationis. vide quæ dicam infra super verbis, per duos aut tres. † Item si testes deponentes super possessione & spoliatione deponat per verbum *videtur*, vel per verbum, *credit*, si talis depositio probet? dic quod non: vt in ca. 15 cum causam, de Testib. & vide quæ dicam infra in glo. super verbo testes circa finem. An probatio per similitudinem facta sit valida & sufficiens, vt si testis qui non cognoscit spoliatorem dicat, quod talis qui spoliauit est similis tali qui inculpatur de spoliatione? dic quod non. l. fin. §. penult. & ibi notabilis text. ff. ad municipales, & facit quod not. gloſ. in l. quæquereret aliquis. ff. de verb. fig. De concordia fienda inter depositiones testium, vide Barth. in l. 2. §. fin. ff. si cert. pet. ibi secundo modo potest intelligi. † Si probata possessione de præsenti presumatur possessio de præterito tempore, vide Dyn. in c. semel malus.. de Re. iur. libro sexto. Et ibi concludit quod non: sed quid si possessio spoliati erat vitiosa, & non legitima si locum habeat hoc statutum, vide quæ dixi in 16 iii. Consil. meorum, in primo quæsto.

§. Et electione.

S V M M A R I V M.

- 1 *Vxor & domestici violenti possessoris cogentur deponere modo non suppetat alij testes spoliationis. Secus de uxore ex consuetudine Francie. Vbi de testimonio Procuratoris parvis aduersa.*
- 2 *Exructio sepiis non inducit spoliationem, sed tantum turbationem possessionis vel quasi: Unde non est locus remedio statuti si quis.*
- 3 *Qui intentauit remedium huius statuti, & in supplicatione dicit se turbatum, non sequitur reintegratio possessionis licet ad eam concludat.*
- 4 *Octo remedia per qua electus à possessione debet reintegrari.*
- 5 *Testes qui de diuersis actibus spoliationis deponunt probant possessionem.*
- 6 *In contractibus testes singulares non probant.*

DEICITVR tamen à possessione sua, is qui possidet sive ciuiliter tātū, sive naturaliter tantum possideat. l. 1. §. deieicitur. ff. de vi & vi ar. cum ibi no. Sed pone violentus qui me spoliauit cautelose peregit, quia occulte me spoliauit possessione domus meæ. ita quod non possum probare electionem sive spoliationem nisi per vxorem & alios testes domesticos & familiares ipsius violenti an potero tales testes domesticos & familiares ipsius violenti producere in testes ad probationem talis spoliationis

sunt hodiè fer mudi, vt dicit Bar. in dicta sua repetitione, ibi quero, nunquid Iudices, &c. immo plus dicere voluit Guil. de Monte Lauduno in dicta Clem. pastoralis, defen-
ten. & te iud. Et narrat Ioan Andr. in c. quia plerique, de immunitate Ecclesiastū, circa
finē, in questione, quid sit Imperator, &c. vel alius Princeps, quod constitutio Principis
ex iusta causa facta, contra ius naturale, est seruanda. Et hæc proximè dicta procedunt
12 respectu euocationis partis. † Sed respectu aliorū casuum suprà, in principio præsitis
gr. declaratorum, an huiusmodi statutū si quis, pôtuerit in illis casibus iuri detingare: cre-
do quod sic, quia videmus quod licet de iure nō transferatur possessio sine reali appre-
hensione, iuxta l. cū hæredes, in princ. ff. de Acquir. pos. nisi in certis casibus specialibus,
de quib. per gl. in l. si ager. ff. de rei vend. & in l. fi. D. de sacros. Eccl. & ibi Docto. Tamē
statutum potest contrarium operari, quod transeat possessio sine apprehensione, vt di-
cit Inn. in c. 2. de cons. Idē etiā operari potest consuetudo, vt ibi per Inn. & dixi suprà, in
13 gl. super verbo, possessio, in fi. † Idē etiam videmus, quod si quis non incipiat prosequi
eius appellationē coram iudice ad quē, infrā tempus à iudice à quo præfixum appella-
tio est deserta, vt dicit Innoc. in c. personas, de appella. Tamē Princeps potest partem
ab huiusmodi vitio releuare, & sic in hoc disp̄satē contra ius, etiā parte non vocata. l.
2. §. si ita contingit. C. de téporib. appellat. & ita etiā seruat Cancellaria Francia immo
& potest Princeps appellationē tollere. l. §. interdū. ff. à quibus appell. non licet. Et ibi
hoc not. Angel. de Aretio, licet videatur contrariū, in l. in princ. ff. de appellat. Sed dic
quod potest tollere antequā cōpetat, vt in dicto §. interdum, sed postquā cōpetit. not.
14 arg. in Clem. pastoralis, de re iudi. † Itē princeps potest per statutum disponere, quod
testamentū valeat corā tribus testibus, licet de iure requirantur septē testes, vt tenet
Bart. in d. l. cunctos populos: C. de sūma Trinitate & fide Catholica, in sua repetitione:
in questione quæ incipit, quero quid de testamentis, &c. Idē tenet Bal. Salyc. Raphael
Fulgoſius, & ista est communis opinio, licet Iacob. de Are. tenuerit contrariū. Itē quod
filius familias testetur, potest etiam statutū disponere, vt dicit Bald. post Bart. in dicta l.
15 cunctos populos, in 13. col. ibi, istis præmissis vltterius procedamus. † Itē statutū potest
tollere præscriptionem longissimi temporis 30. annorum, vt dicit Bald. in feudis. in c.
1. de capitulis coradi. in §. præterea & tetigi in Decisionibus Curiæ Parlamen, questio.
319. Immo & secūdum Antonium de Butrio, potest statutū indistincte disponere, quod
nulla præscriptio currat, quia populus potest contra l. statuere. l. omnes populi ff. de iu-
stitia & iure, licet videatur contra publicā vtilitatē, in l. i. ff. de ysucap. tamen qui habet
naturalē æquitatē, ne quis locupletetur cum aliena iactura, tale statutū tolleratur. l. nā
hoc natura. ff. de Conditiō. indebiti. & facit quod voluit Io. Andr. in c. possessor, de Re-
gulis iuris, in Mercuriali bus: ita dicit dictus dominus Anton. de Butr. vt refert præce-
ptor meus do. Io. de Grassis, Comes Legum & Canonū, in c. cū nobis. extra, de præscr.
volut reperio in collectis sub ipso de Grassis, dū legebat per me Guid. Papæ, reporta-
16 tis, anno Domini 1428. † Item per statutū Princeps potest iuramentū remitti ex causa,
per Papam, vt not. in l. adigere. §. quāuis. ff. de iure patro. & facit quod dicit Barth. in l.
nec patronus C. de operis libertorū. Et quod plus est, potest disp̄satē super iuramento,
in l. fin. & ibi text. ff. de te milit. & in princ. & ibi etiā text. ff. ad municipales, plus po-
test per suum statutū Princeps tollere legitimam filio, quia illa debetur de iure ciuili,
licet ratione naturali & iure agnationis, quæ sunt immutabilia l. ius agnationis. ff. de
pactis. & ita tenet Alber. in l. quotiens C. de precibus imper. offe. idem tenet Dyn. in c.
indultū, dete. iuris. & ibi per Io. Andr. in Mercuria. idē tenet Cyn. in l. sancimus. de nu-
ptiis. & Petr. Iaco in tit. de condit. ex lege omnimodo. idem Bal. in l. i. in fine. ff. de iustit.
& iure. idē dixi & scripsi in 131. Consiliorum meorum. Et ita dictum statutum si quis, in
consuet. & iudicādo contra solennitates iuris suprà declaratas seruatur de stylo & cō-
suetudine Curiarū præsētis patriæ Delphinalis. Qui stylus & consuet. Curiarū etiā de-
rogate possunt iuri cōmuni, vt l. si quando. in fi. C. de iniuriis. & ibi bonus text. & in §.
16 Inst. de satisfa. † Sed pone quod cōtra formā huius statuti fuit euocatus violentus, & in
suis

suis iuribus exauditus, an valeat processus? Credo quod sic, per ea quæ in simili ponit & tenet Angel. de Aretio in l. sequitur, §. si viam. ff. de vñucatio. vbi dicit, quod si statuto caueatur, quod post decem annos non audiatur creditor volēs petere debitum suum, & fuerit nihilominus contra formam statuti auditus quod valet processus; & idem tenet Bal. in feudo, in quadā sua disputatione, quæ incipit, statuto cauetur quod scenerius, &c. vt refert idem de Aretio in dicto §. si viam. Et pro hac parte, vltra Bald. & Angel. de Aretio adduco text. in Clementi. s̄epe, in fine, verborum significatione, ibi, si tamen in pr̄missis casibus, &c. Maximè spoliatio non contradicente, per dictum c. sepe, in fine, ibi, partibus non contradictibus, † immo plus crederem quod si sumptis informationibus super spoliatione & possessione, videretur eorum iudici partem violentam vocari, quod hoc facere posset ante reintroductionem, etiam ex mente, saltem laicitate dicti statuti si quis, per illam dictiōnem ETIAM in ipso statuto adiectam, quæ de sui natura implicat, etiam. C. de testi. & l. etiam. C. ad Velleia. & est sensus quod processus poterit fieri non solum parte vocata, sed etiam parte non vocata, & hoc operatur illa dictio ETIAM, quæ implicat utrumque modū procedendi, videlicet parte vocata, vel parte non vocata. Sed communis obseruantia tollerat quod fit reintroductione parte non vocata. Sed si pars vocaretur, processus non redderetur nullus secundū Bal. & Angel. de Aret. vbi suprā, & haberet locum nihilominus pœna dicti statuti si quis.

§. Per duos aut tres.

S Y M M A R I V M .

- 1 Duo testes probant possessionem ex forma statuti Si quis, vbi, de dictiōnibus negatiū & affirmatiū intelligendis.
- 2 Stylos prescriptione decem annorum introduci potest contra ius commune iure ciuilī, vel 40. annorum iure Canonico.
- 3 Iuramentum in probacione possessionis non est habendum loco unius testis.
- 4 Si ex tribus testibus examinatis, duo pro actore, tertius vero contra deposuerit, quid sentit. Item si dubia fuerit testis depositio, interpretāda pro reo Vbi, de dubiorum interpretatione
- 5 Stylo Curia standum contra consuetudinem vrbis.
- 6 Stylos Curiae an possit introducere vt à indice delegatus subdeleget, distingue.

Pro declaratione istorū verborum, † quæro si sufficiant duo testes ad probandum possessionē & spoliatiōnem, vt sit locus huic statuto si quis? & videtur quod duo testes nō sufficiāt, sed quod requirātur tres testes, per dicta verba statuti: ibi, per duos aut tres, sed tu dic contrariū, quia illa verba, per duos aut tres testes, debet exponi & intelligi, id est per non pauciores: & est sensus istorū verborū quod nō probetur possessio & spoliatio per pauciores quā per duos aut tres testes: non autē intelliguntur affirmatiū, videlicet quod debeant hæc probari per duos aut tres testes, quia hic verba affirmatiū exponuntur per negatiū. Sic etiam ē conuerso quandoque negatiū exponitur per affirmatiū: ista sunt verba Glossæ, in propria materia, in c. licet vniuersis super verbo, vel triū, extra, de testib⁹, & ita seruat styl⁹. Cutiā in modo practicādi huiusmodi statutū si quis, q̄ probata possessione & spoliatiō, etiā per testes tātūmodo, iudices & ab eo cōmissi procedere cōsueverūt reintroductionē spoliati ex forma huius statuti si quis. † Qui styl⁹ lōgo tépore decē an. potuit introduci etiā cōtra ius cōmune, vt dicit domin⁹ Raymūd⁹ de Sabanaco, doctor Tholosan⁹ in l. more maiorū. ff. de iuris. omn. iud. in sua r. petitione: & similiter cōsuetudo iudiciorū derogare posset statutariæ dispositioni, sicut & iuri cōmuni, per l. si quādo, in f. C.

voluit cōsistere iudiciū ex tribus personis , actore, reo & iudice,in c. forus , de verbō signific. Sed hic ex forma huius statuti iudiciū non cōsistit,nisi ex duabus personis , A. & Etore, & iudice, igitur, &c. † Itē etiam hoc statutum aliud derogat iuri scripto, quia licet de iure communi etiā in iudicio possessorio recuperandæ possessionis pars debeat vocari, libellus offerri, & lis contestari, vt not. per gl. fin. & ibi Doctor. in ca. cōsultationibus. de offic. delega. & rot. Ioan. And. in Nouella, in c. nō solūm. super verbo , iudicis officio, de appella. li. 6. & per Bart. in l. naturaliter ibi, tertio quarto, si de Aquit. pos. Et similiter in omni alio iudicio requiratur litis cōtestatio, vt iudiciū valeat in c. vnic. extra, de litis cōte. nisi in 49. casibus specialibus , in quibus nō requiritur litis cōtestatio: quos ponit Specul. in tit. de libellorū cōceptio. in §. nunc dicendum. Tamē istud statutum tollit litis contesta & libelli oblationē, cum disponat reum non vocari contra quē reū debeat libellus offerri, & per eundem reū lis contestari in Authent. offeratur. C. de litis cōtesta. Et si lis non contestetur, iudiciū est nullum, in ca. i. extra, de litis contest. & in c. dudum. lo. 2. in ver. licet. de Elec. immo quod plus est, si de cōsensu partium iudex procederet ad sententiā super processu, in quo lis nō esset cōtestata, talis sententia esset nulla, non obstante consensu partium. vt per Spec. in tit. de sententia in §. propositionis seriem, vers. quid si de partium voluntate, &c. & Innoc. & Host. in ca. referente. extra, de prabē. & facit quod not. Archid. in c. si delegatus. de Rescriptis, li. 6. super verbo. cōmittatur. Item etiam testes prohibētur examinari de iure ante litis contesta. insta. in c. quoniā frequenter, vt lite non contest. nisi in notoriis, in c. bonā lo. 2 extra de elec. Sed in casu huius statuti testes examinātur lite non cōtestata, licet spoliatio nō fuerit notoria: ideo etiā in hoc derogat iuri communi hoc statutum. † Item etiā ex alio capite dictum statutum derogat iuri, quia examinātur testes super spoliatione & possessione ex mente ipsius statuti, parte non vocata, seu citata visura testes iurare contra iuris cōmuni dispositionē, in l. quando. C. de testi. & in Auth. ibi, posita. & in c. in nomine Domini extra, de testi. immo & si pars citetur visura testes iurare ad aliquā diē qua reperiatur feriata, & pars non compareat propter diem feriātā, requiritur noua citatio, aliter non valet receptio iuramentorū, nisi iudex, de benignitate. partibus p̄äsentibus terminum in crastinum prorogaret, vt legitur & not. in ca. consuluit. de Offi. deleg. in antiquis. ita concluserunt domini de R. cōclu. 169. Et bene facit quod ponit Barth. in l. aut qui alter. in prin. ff. quod vi, aut clam, licet Curia Parlām. seruet contrarium quo ad hāc nouā citationē, quia de stylo etiam absq. prorogatione terminus censem̄ in crastinum prorogatus, vt scripsi in Decisionibus dictae Curiae , q. 54. 2. Sed an dictum testis de aliquo proposito contra non citatum? dic quod sic, quoad p̄̄sumptionem secundum Bart. in l. res hāreditaria. ff. de crimine expilatā hāreditatis. † Et p̄̄missa vera sunt, nisi testes examinārētur ad perpetuā rei memoriam, quo casu posset testes examinari, parte non vocata, & probant, ac plenā fidem faciunt, secundum gl. in l. laudabile. C. de Aduo. diuerorum iudicium & Host. in c. bonā, de elec. Tamē referuatur, parti contra quā producuntur, quod potest opponere cōtra personas talium testimiorum, in c. quoniā frequenter extra, vt lit. non contest. Testes tamen qui examināntur ad perpetuā rei memoriam, debent examinari corā iudice, qui de causa est cognitus, vt dicit Bart. in l. cum hi. §. transact. ff. de trāfacti. Quando tamen testes debeant examinari ad æternā rei memoriam, vide Bart. in Auth. si quando. C. de testi. Aduerte tamen circa hāc materiā, quia testes examinati ad perpetuam rei memoriam non p̄̄judicant in causa in qua non p̄̄judicaret sententia secundum Bart. in l. si mater. §. si. ff. de except. rei iud. † Antequam iudex procedet ad examinationē testimiorum ad perpetuam rei memoriam debet prius cognoscere summarie, & sibi cōstare si sint valetudinarij, vel abfuturi, secundum Spec. in ti. de of. om. iud. in §. postremo, vers. itē si testes petūtur, &c. Sed an iudex debeat primo super hoc interloqui, vide Bart. in l. in lege Aquilia, si deletū, ff. ad l. Aquiliā. Et de hac materia examinationis testimiorum ad perpetuā rei memoriam, vide in l. in lege Aquilia. si deletū. ff. ad legē Aquiliā, & ibi plene per Bart. & in l. si quis ab aliquo. C. de testi. † Item etiam derogat iuri

cum mihi dispositio huius statuti, quia secundum hoc testes non publicantur, sed statim sumpta informatione cum testibus fit reintegratio. Et tamē depositiones testium de iure non probant, si non publicentur, gl. & Bart. in l. cum mota ff. iudicat. solvi. & sentire videtur gl. in l. prolatā. C. de Sent. & interlo. omniū iudi. licet de stylo in Curia Parlamenti Delphina. aliter seruetur respectu publicationis, ut scripsi in Decisionibus dictæ Cūrie, q. 586. ¶ Item etiam derogat iuri dictum statutū cùm ex mente ipsius statuti testes producti per partem priuatam spoliatam possint fisco, quo ad declarationem decem marcatum argenti. Et ita etiā seruat de stylo Cūriarū. Et tamen cum pro parte fiscalis testes non fuerint producti non deberent fisco prodesse, in dicta l. si quando. C. de testibus, circa finem, ibi, qui eos produxit. Sicut & res inter alios iudicata, aliis non prodesset, neq. nocet etiā in simili negotio. l. 2. & ff. C. de quibus res iudi. nō nocet: facit etiā quod dicit Inn. in c. cōstitutus, de testi. vbi dicit, quod testes producti, respectu vnius personæ non valent respectu alterius, & facit bene quod not. Bart. in l. 1. §. ff. de quæstionib. & in l. denunciasse, §. ff. de Adult. Quia nō debet notari specialitas plus in fisco, quam in priuato, nisi quatenus de iure cautū reperitur, vt dicit Cyn. in l. 2. C. de hæred. vel acti. ven. ¶ Item etiā derogat iuri dictum statutū, quia ex mente ipsius nō fertur sententia super reintegratione, sed fit reintegratio, & fit executio ante aliqualē sententiam cōtra iuris dispositionem, in l. si cum null. & ibi Bar. ff. de re iud. immo & si iudex vellet ferre sententiā super reintegratione, adhuc esset de iure talis sententia nulla, quia citatio debet præcedere ad audiendum sententiā, pro quo gl. in l. si pater. C. ne de statu defunctorū, in gl. ff. Item nota. hic. & Inn. in c. querelam, de procuratoriib. facit, l. 1. §. item cum ex edicto. ff. quæ sententiæ, sive appella. rescind. immo plus dicit Innocentius, quod vbi citatio est nulla, quod sententia etiam est nulla, lata contra absentem, in c. præsenti. de rescr. Sed ex mente & forma dicti statuti, si quis violentus, nō est citandus, neq. vocādus in reintegratione fienda, &c. immo plus dico, quod si sententia super reinregratione ferretur, ipsa esset nulla, etiā si pars ad audiendum ipsam sententiam vocaretur, cū deficient aliae iuris solennitates quæ præcedere debent sententiā, 2. q. 6. c. diffinītua. vers. item si sententias &c. facit l. prolatam, cum ibi not. C. de Senten. & interlo. omnium ludicum. ¶ Sed an dictum statutū, Si quis, potuerit disponere quod fiat dicta reintegratio absq. partis euocatione, videtur quod non, cum per hoc tollatur defensio partis cōtra defensionis facultas. C. de iure fisci, l. 10. quæ defensio est de iure naturali. l. vt vim. fidei iusti. & iure, cū simil. Et quæ propterea defensio nemini auferri potest maximē in iudiciis in quib. debet esse tanta æquitas, quod etiā diabolo non esset deneganda, in c. cum inter, extra de except. & notat Guilielmus de Mōte Landuno, in Clem. pastoralis, & de sententia, & re iudicata, circa finē. Cicatio enim partis est introducta ab origine mundi, dū Deus vocavit Adam primum parentē, dicendo Adam, Adā vbi es, vt scribitur in Genesi, vt refert Bart. in Auth. ad reprimendum. Sed dic secundum eundē Bart. q̄licet non possit ius naturale in totum tolli, tamen per statutum potest eidē in aliquo derogari, vt legitur & not. in l. ius ciuile. ff. de Iust. & iure. & in l. 1. ff. de consti. princ. Ita etiā dicit & tenet ipse Bart. in l. omnes populi ff. de iustitia & iure, in sua repetitione, ibi, deinde quæro de quibus, & super quibus possint fieri statuta. Et potest statutū tollere, exceptiones etiā per eptorias, parti cōpetētes, vt tenet Bart. in l. 1. §. 1. ff. quod vi aut clam. & Doctores in l. ita pudor. C. de adulteriis, & plenē scripsi in tractatu quæ feci sui per statuto Delphinale, de litteris cōpulsoriis, & præcisis cōcedendis. Et erit remedium teo, postquam soluerit ipse repeatat, iuxta c. debitores, extra, de iure iurando, vt dicit Bart. in l. 1. §. 1. ff. quod vi aut clam. ¶ Maximē cū hoc statutū fuerit conditum à magnifico tūc 11 Domino, Gubernatore præsentis patriæ Delphinalis, qui Dominus Gubernator, & sui successores, similiter eius antecessores in officio Gubernatorum consuenerunt in hac patria vicē Regis Delphini Domini nostri obtinere, excepta alienatione patrimonij. Ideo esse cōsueuerunt Gubernatores præsētis patriæ de maiorib. iudicibus, qui statuta cōficerē possūt, vt sunt Senatores præfecti prætorio, & similes, q̄ æquiparātur regib. q̄

- tionis: credo quod sic, & cogentur deponere. pro quo videtur in gl. in l. f. ff. de test. & in l. etiam. & ibi Doct. C. de test. id est videtur tenere Spec. in ti. de teste. veris. sed quid de vxore & viro, &c. ibi, & not. Spec tamē ibi dicit, quod secus esset in patria Francie respectu vxoris: quia de consuetudine Francie omnia bona sunt cōmunia inter virum & vxorem. Excipitur tamen pater, vt not. per Speculator. in dicto §. 1. & in §. seq. de testū testimonio domestico. tangam etiā infra in glos. super verbis communi estimatione fide dignos, ibi quārō domesticus, &c. Sic etiā possū producere in testem pro me procuratore partis meae aduersa, & cogeretur deponere etiā in causa quam ipse de presenti cōducit cōtra me: vt plenē scripti in Decisionibus Parlamenti Delp. questione 45. Sed qualiter in iuribus incorporalib. quis deiiciatur & spoliatur sua possessione, seu quasi. dic vt plenē scripti sup. in gl. super verbo, vel quasi. † Et si quis ponat sepe, vel murū cōstrui faciat taliter quod non possim transire per iter per quod trasire solebam. An per hoc inducatur spolatio? dic quod non: sed turbatio possessionis vel quasi, adeo quod non habet locum dictum statutum si quis, vt plenē supra scripti gl. super verb. vel quasi ibi ulterius etiam quārō ultra Doct. &c. De sepe quā sit ad impediendum transitum plenē tangunt Inno. & Ioa. An. in c. 1. de immu. Ecc. Desepibus etiam facit métionem gl. in l. iubemus. la. 2. super ver. diuidere. C. de factosā. Eccl. & vide Bar. l. quemadmodū. C. de agri & censi. † Quārō, iuxta materiam ejectionis aliquis intentauit remediu huius statuti si quis, & deduxi aliqua media ex quibus potest dici spolatio, tamē in supplicatione dicit se turbatum & concludit ad reintegratiō possessionis. An debeat sequi reintegratio? videtur quod non: cū dicat se turbatum, quia hoc statutū non habet locū in vi turbativa, sed tantummodo in vi expulsiva. vide tamen quā circa hæc plenē dixi suprà in gl. super verbo vel quasi. in quæst. quæ incipit, quārō spoliatus iure &c.
- 4 vbi sufficiat remissio. † Quārō, si sint à iure introducta alia remedia, per quæ deiectus à sua possessione debeat reintegrari quam remedio huius statuti si quis: dic quod sic: videlicet octo remedia. de quibus plenē dicam infra in gl. super verbo, restituetur deiectionis, circa princ. † Iuxta hæc quārō sunt duo vel plures testes examinati super deiectione, seu spoliatione quilibet ipsorum testū deponit de uno actu spoliationis, qui avitus deponit de prohibitione facta per violentum. Alius ponit quid ipse violentus exegit decimas alio tempore inuito possessore: alijs de alio diuerso actu & diuerso tempore, & non sunt contestes. an probetur ex eorū depositionibus spolatio? videtur quod non: per l. iuris iurandi. Codic. de testibus. sed dic quod quia illi testes tendunt, seu eorum depositiones ad eundem finem, videlicet ad probationem spoliationis: quod illi testes licet singulares probant, sicut dicimus de probatione possessionis. in qua probatione testes singulares probant. vt legitur & no. in l. ob. carmen. ff. de prob. † In contraria. tribus vero in quibus locus & tempus sint de substantia cōtractus testes singulares non probant. vt plenē de hoc per Innoc. in c. licet. de test & in Decisiō. Parlām. quæst. 64.

§. Etiam ab illo violenti euocatione.

S V M M A R I V M.

1. Cum agitur de praividicio alterius, citari debet de cuius praividicio agitur, vel personaliter, vel si personam non concernit generali proclamatione. Ubi de citatione an sit de processu. §. 9:
2. Nemo expelli debet possessione etiam vitiosa, nec in beneficialibus, nisi prius vocatum & citatus. Imo nec usfructuarius finito usfructu à quasi posse. Vbi de tribus iudicij personis. Actore, Reo & Iudi. & cur hoc statutum tantum actore & iudice constet.
3. Hoc statutum derogat iuri scripto in eo quod tollat litis contestationem. quo si non contestatur, iudicatur nullum indicium, etiam consensu partium, sine qua ne testes quidem possint examinari, nisi in notoriis.
4. Item, quod super spoliatione examinentur testes parte non vocata contra dispositionem inris communis, quia vel proprius diem feriatis requiritur nona citatio, Dictum tamen testis

- testis prodest contra non vocatum.
- 5 Testes ad perpetuam rei memoriam ex dispositione iuris examinari possunt parte non vocalia.
Vbi & quando, & quid praedictant huiusmodi testes.
- 6 Iudicis in hoc examine munus.
- 7 Derogat iuri scripto, hoc statutum, quod testes non publicentur: cum iure depositiones testimonia non probent nisi publicentur.
- 8 Derogat etiam iuri quod testes profundit fisco, cum pro parte fisci non sunt producti. Vbi, Res inter alios iudicata aliis non prodest in simili.
- 9 Non fertur etiam hoc statuto sententia de reintegratione, sed sine sententia fit rei integratio contra iuris dispositionem.
- 10 In aliquo iuri naturali hoc statuto derogatur: potest & statutum tollere exceptiones peremptorias partii competentes. Et quodnam sit reo remedium.
- 11 Auctoritas Gubernatoris prouincia Delphinatus.
- 12 Statutum operari potest, quod transeat possessio sine reali apprehensione.
- 13 Princeps potest dispensare de prosequenda appellatione potest tempus a iudice prescriptum etiam parte non vocata. & ita seruatur in Cancellaria Francie: imo potest appellationem tollere, & quando.
- 14 Ex statuto Principis testamentum valere potest cum tribus testibus, vel quod filius familias testetur.
- 15 Tollere potest statutum Principis prescriptionem longissimi temporis, triginta vel quadraginta annorum.
- 16 Per statutum Principis potest remitti iuramentum ex causa, sicut per Papam, & super instrumento dispensari potest & tollere legitimam filio.
- 17 Si contra formam huius statuti violentius fuerit euocatus, & in suis iuribus audiitus, valet processus.
- 18 Dicit ETIAM in Statuto Si quis quid operetur.



N hoc derogat iuri scripto hoc statutum *Si quis*, † quia cū agatur de praedictio alterius, deberet propterea citari & euocari ille de cuius praedictio agitur. l. nam ita Diuus. ff. de Adopt. & not. in l. 5. §. si causa cognita. ff. de bonorum possessionibus: etiam nominatim in l. scire oportet. §. opus. ff. de Excula. tuto. & ff. de damno infecto. l. 4 §. abesse. & C. de procur. l. eum qui. Si autem non cōcerneret certam personā, sufficeret fieri generali proclamatione per legem vel per edictum, vt dicit Panor. per Inn. in c. gratum de offi. deleg. circa prin. Ita intelligitur l. si eo tempore. C. de distr. pign. & not. per gl. in l. ciuile. C. de furtis, facit in ca. Romana. extra, de lenti. excom. li. 6. & ca. 2. de offi. ordin. hinc est quod Archid. dicit quod citatio est de processu, in ca. si proper. de rescrip. lib. 6. immo & si citatio sit congrua, reddit processum nullum, in Clem. Pastoralis, de re iud. & not. gl. in l. fi. in fine. ff. de duobus reis & citatio nulla, reddit etiā sententiam nullam, secundum Innocen. in ca. præsentि, de Rescriptis. in c. quæ relam, in fine. extra, de procuratorib. & gl. in l. si pater. C. de statu. defunctorum, in gl. fin. ibi, item nota. hoc, &c. De qua materia citationis vide plene per Bal. in c. 1. de milite vasallo qui contumax est in feudis, & ibi ponit multa singularia in materia citationis. † Nec debet quis expelli à sua possessione, etiam in beneficialibus, licet possessio sit vitiosa, nisi ipso prius vocato. Ita dicit ipse Archid. in ca. licet Episcopus. de præbend. lib. 6. facit c. cum nostris de concessio. præbend. & ponit plenè Bald. in l. 2. C. si propter publ. pensita. Hinc est quod vñfructuarius finito vñfructu non potest à quasi possessione expelli, immo contra eum agi oportet, in l. 1. ff. vñfructuarius quemadmodum caueat. ista sunt verba Archi. ybi supra: pro quibus facit l. fi. C. si per vim, vel alio modo. neque priuari quis debet, etiā possessione sua, sine causa cognitione. 16. q. 4. c. volumus. Ideo ius scriptum

de iniuriis. Quæ consuetudo introducitur longo tempore decem annorum de iure ci-
uili, vel secundum Canonistas longissimo tempore 40.annorum ut dicit Hostiæ. in tit-
de consuetudine §. obtentis. in prin. & Cyn. in l.2.C. qnæ sit longa consuetudo. Sed sūt
quinquaginta anni, quod dictum statutum, si quis fuit conditum, ut dixi supra, in prin-
cipio presentis apparatus. Ideo post ipsum statutum longo, vel saltem longissimo té-
pore potuit dictus stylus introduci, ut fiat probatio in causa huius statuti, etiam per
duos testes. Si aliter de iure fieri non potuisset, prout tamen fieri potest, ut supra dixi, in
 3 in princ. præsentis glo. † Sed si non possint probari possessio & spoliatio, aut alterum
iporum, nisi per unum testem an debeat iuramentum admitti in supplementum pro-
bationis? videtur quod sic, quia loco vnius testis habetur iuramentum. l. in bonæ fidei.
C. de re. credi. & iurejur. Sed credo contrarium: quia ibi numerus testium est de sub-
stantia actus, & de forma probationis, ut in casu præsentis statuti §. quis, quod de
forma ipsius disponit probari possessionem & spoliationem saltem per duos testes: igi-
tur omissio illius substancialis formæ viciat. C. de testamentis l. si vnu. & l. si. C. de fidei
commis. & Inst. de fidei commissa. hæred. §. si. pro hoc faciunt in simili, quæ dicit
 4 Bald. in l. bonorum, in fi. C. de bono. possel. secundum tabulas. † Sed si tres testes fuerūt
examinati super possessione & spoliatione, & duo testes deponant pro actore, & ter-
tius contra quid juris, vide Bar. in l. 1. ff. de ventre inspici. Quid si dictum testis sit dub-
ium pro quo fiet interpretatio, si pro violento, vel pro spoliato: dic pro reo per glo.
singularem, in cap. in præsentia, extra, de Probat. & vide super hoc glo. in ca. ex litteris.
extra, de spon. & Barth. in l. inter stipulantem. §. si cum stipulatus, ibi, quæro, an debeat
interpretari, & c. ff. de verb. oblig. & alibi dicit Bart. quod dubia probatio interpretatur
contra producentem, in l. 2. quæ st. fin. ff. de duobus reis. Secus in verbis libelli, quæ in-
 5 terpretantur pro Actore, ut ibi dicit Bartholus † Sed quia supra tetigi de materia stylis
quæro si consuetudo villæ contradicat stylo Curiae, cui potius erit standum? dic quod
stylo Curiae, cum se habeant ad inuicem tanquam generale & speciale, & generi per spe-
ciem derogetur, ita dicit dictus dominus Raymundus de Sabanaco in dicta sua repeti-
tione, quam ipse facit Tholosæ, de anno Dom. 1373. & die 2. mensis Nouembris, ut ipse
ibi refert. † Ulterius quæro circa hoc, si stylus Curiae possit introducere ut delegatus
ab ordinario possit subdelegare: vel quod causa indelegabilis delegetur? dictus domi-
nus de Sabanaco in dicta sua repetitione distinguit, quæ distinctio ibi videatur, quia
non est præsentis speculationis. de verbo stylus, habetur in l. 1. C. de sacrosan. Eccles.

§. Testes.

S U M M A R I V M

- 1 Testes de mente statuti, Si quis per litteras, parie non vocata, ad videndum prestationem iuramenti, examinantur: ubi quo patto parium remitti potest iuramentum.
- 2 Index tamen examinare debet testes super obiecta per violentum (si forte oblecerit) ante reintegrationem possessionis, dum tamen tradantur obiectiones incontinenti. secus non.
- 3 Actor etiam si dare velit articulos saluatorios pro fama testium, debet audiri.
- 4 violentus ad dicendum contra testes admisus, si non tradiderit obiecta non audiatur à Indice appellacionis.
- 5 Violentus assertus qui non vult obiicere contra testes, verum probare se offert, se possedisse decem diebus rem contentiosam publicè & notoriè, vidente & non contradicente suo adversario, index depuratus ante reintegrationem eos testes admittere.
- 6 Pars vocari non debet in occasu in quo statutuu Si quis, habet locum. Ibid. in statuto penali fieri debet stricta interpretatio.
- 7 Index recipere debet interrogatoria à violento assertore si obiulerit, & super his exami-

mare testes.

8. *Testes post publicationem examinari possunt super articulis dolo vel negligentia omissis, non ad postulationem partis, sed officio iudicis.*
9. *Quomodo super his casibus Commissarius examinare possit, quae non coniineantur in sua commissione.*
10. *Iudex restituere debet in integrum partem producentem, si petatur ut per alios testes, vel eisdem posse iterato suum intentionem probare. Idem de minore 25 annis.*
11. *Testes non in turma sed singulariter deponere, Vbi, de forma scribendi depositiones testium.*
12. *Testes deponere debent ex certa scientia, & non per verbum Credo: & quando deponere licet per credulitatem:*
13. *Testes in materia possessoriij et si deponant de diuersis actibus, omnes tamen tendunt ad cunctum & nem: & id o plenè probant possessionem secus in contractibus.*
14. *Iterata examinatio testis, prius nulliter examinati: vbi, de testium contradictione si unus talis die, alter ante eam diem deponat: de dispositione per credulitatem: vel de scientia dicat testis, ita est, quia sum certus: vel qui non iuravit: vel quia dicat certo scio, quia fui presens.*
15. *Testis productus super possessione deponens de proprietate, eius depositio non valeat. Vnus testis quandoque non facit semiplenam probationem.*
16. *Testis semel examinatus & publicatus renunciato & concluso in causa potest iterato ex officio iudicis examinari: vbi an testes cognoscant contrahentes, & de iis qui deponunt quod non potuit fieri.*
17. *De modo excipiendi contra personas testium discriptorum in testamento vel instrumento. Vbi testis qui dicit se falso depositisse non praividat parti.*
18. *Dubia quadam de testium depositionibus.*
19. *An pendente reprobatione testium per modum principalis accusationis debeat differrre prima causa.*
20. *Testes receperii inter alias personas faciunt semiplenā probationem. Vbi, deponens, super enumeratione, & dicens se ignorare causam in dubio intelligitur mutuus.*
21. *Quomodo dicatur testis deponere extra articulum.*



Elmenre & ergo huius statuti in testibus examinatis, in materia possessionis & spoliationis pars non citatur visura testes iurare, & ita quod testes iurent, patre non vocata practicatur istud statutum, ut plenius etiam dixi supra, in glo. super verbis, etiam absque violenti euocatione, &c. Et non mirandum si statuto hoc fuerit introductum: quia pacto partium non solum euocatio partis immo etiam potest instrumentum testis remitti, secundum Bart. in l. filius familias. ff. de do. Item tenet Ioan. de Ferrariis in tit. forma opponendi contra testes in glo. super verbis, non iurati, &c. & Sed iuxta hoc querro ad no. itiam partis deuenit, quod testes contra eum examinantur, ideo vult dare obiectus contra personas testium, dicendo quod sunt eius inimici capiteles, aut sunt excommunicati, aut alias tales, quibus fides non est adhibenda, ut de singulis testibus quibus fides non est adhibenda, plenè declarabo infra, in sequenti gl. super verbis, communis existimatione fide dignos, an Index vel cōmissus ab eo debeat recipere tales obiectus & testes super eisdem examinare ante quam procedat ad reintegrationem possessionis: videtur quod non, per illa verba statuti, ibi, omni allegatione cessante, & ibi, etiam absque violenti euocatione. Sed cōtrarium credo, per alia verba in d. statuto adiecta, ibi, communis existimatione dignos. Si enim vult pars rea docere quod eisdē testibus non sit fides adhibenda, quare non audierit non video quare: & si contrarium fieret, esset facere parti iniustitiam, cum dictum statutū expresse disponat quod sumantur informationes cum testibus fide dignis. Et non potest scire Iudex, vel ab eo cōmissus, nisi pars coram eo proponat, quia assertione partiū iura pandantur. l.

- 21 *Quomodo coram iudice debent deponere: ubi forma iuramenti à monacho praestandi: & de monachis conuersis.*
- 22 & 23 *Testes an scripto possint tradere suas depositiones. Vbi cur sacer possit esse testis in causa generi. &c.*
- 23 *Si testibus examinatis super possessione dicant aliter deposuisse quam est à Notario commissio scriptum cui standum.*
- 24 *Testis an possit puniri de confessis ab ipso testificando. Et si obiectus criminales contra testes probentur, an puniri debeant a iudice coram quo obiciuntur, & an reddantur infames.*
- 25 *Subirahens attestations testium presumitur habere malam causam. Imo & qui conatur testes subornare.*
- 26 *Assertur violentus qui contra testes obiicit, à iudice debet admitti & audiari ante reintegrationem possessionis.*
- 27 *Obiecta contra testes eis non probentur, agi non licet contra obiciendum actione iniuriarum. & quomodo fieri debeat estimatio iniuriarum.*
- 28 *De materia iniuriarum quadam ponuntur singularia.*
- 29 *Pro iniuria illata Doctori legum potest agi: Vbi de dignitate doctoratus.*
- 30 *Testis qui in duobus Iudicis inter eosdem habiuit diuersè deponit cui depositioni blandum.*
- 31 *An valeat receptio testium in causa inquisitionali ante liuis constestationem. Vbi an valeat dictum examinari super articulo qui non debuit admitti.*
- 32 *Cedens alicui an possit esse testis pro eo. An fideiussor possit esse testis pro debitu.*
- 33 *Testis debet deponere de facto & non de iure: cuius dictum debet interpretari contra producentem.*
- 34 *An liceat Iudici recipere testimoniem volentem dictum suum corrigeret, & cui dicto stet. Vbi an testis ingerens faciat fidem. An valeat dictum deponenti ultra interrogata.*
- 35 *Homicida repellitur à testimonio si sibi opponatur in specie.*



1 X mente † ergo huius statuti si quis, Iudex aut ab alio commissus nō debet sumere informationem super possessione & electione, de quibus in ipso statuto fit mentio, nisi cum testibus fide dignis communī existimatione. Et si contrarium fiat reuocabitur reintegratio: cum inde sequuntis per iudicem ad quem fuerit appellatum tanquam facta contra mentem dicti statuti: quia conditor dicti statuti præsupponit, & fuit de eius mente, quod reintegratio fuerit facta rite iuxta dispositionem huiusmodi statuti, iuxta ea quae dicit Bart. in l. Diuus. ff. de test. mili. & cuius statuti verba dicunt attendi. & mens ipsius seruari, vt

2 dicit idem Bart. in l. §. sed & per eum. ff. de acq. pos. † Sed iuxta hæc quæro qui sunt illi testes qui non sunt communī existimatione fide digni, & per consequens à testimonio repellendi: dic primò quod periurus: quia sicut alias deierant præsumitur quod iterato deierabit iuxta ea quæ leguntur. & no. in ca. testimonium de testi. & no. in l. L. cius. ff. de his qui no. inf. & ita etiam tenet Ioana. de Ferratiis. in tit. forma opponend. contra testes. in glo. super verbo, & periuri. & in tit. forma iuramenti testium. in gl. super verbo, protestatur. & ita seruat stylus omnium Curiatum præsentis patriæ tam secularium quam spiritualium, nisi esset iuramentum temerarium tunc non repelleret testimoniū, secundum Innoc. in c. constitutus de testi. facit ca. intimavit

3 idem tit. † Sed an periurus qui fecit contra transactionem per eum iurata repellitur à testimonio? credo quod sic; quia non tantum est periurus, sed etiam infamis l. si maior. ff. de transactione. Sed infamis etiam à testimonio repellitur, vt infamia statim dicam: igitur, &c. Et idem dicerem in periuro ex qualibet alia promissione iurata, quia dicta l. si quis maior, non solum locum habet in transactione imo etiam in qualibet

bet alia etiā simplici promissione iurata glossa est singnaris. in l. penul. C. de dign. lib. 12.
 & tetigi de hoc in tractatu quem feci in materia dictæ l. si quis maior. & ira etiā Ioan.
 de Ferr. in tit. de forma opponēdi cōtra testes. in gl. super verbo, & periuri. & ideo si quis
 conuenerit & iurauerit soluere aliquod debitū certo termino quo termino si nō solue-
 rit erit periurus, & poterit propterea à testimonio repellere tāquā periurus, iuxta ea quæ
 habentur in dicto c. testimoniu. extra de testi. & ita etiā tenet Ioan. de Ferr. in tit. forma
 opponēdi cōtra testes. in gl. super verbo, & periuri. † Nisi propter paupertatem nō po-
 tuisset soluere: quia tunc excusatetur à periurio propter paupertatē per ea quæ dicit In.
 in ca. pē. & glo. extra de offic. de leg. & tāgā de hoc infra in gl. super verbo, appellatione
 celsatę. ibi, quod si appellās propter inopiam, &c. Sed quid si venerit terminus quo iura-
 ui soluere & creditor meus reperitur excommunicatus, an ero petiutus si sibi nō soluero
 termino per me cōuento & iurato? vide Ioan. And. in c. veritatis. extra de dolo & cōcu-
 macia. Sed an sim excusatus à periuro, si nō soluero in termino si allegau sibi cōpēsa-
 tionē. Bar. tenet quod sic, in l. amplius nō peti. ff. rem ra. ha. quia qui cōpensat videtur
 soluere ut ibi, & tetigi de hoc in tractatu quē feci super statuto Delphinali, de litteris
 cōpulsoriis & prēciliis in quinta questio. † Sed nūquid Papa potest dispēsare, ut periur⁹
 in testem admittatur? quidā dicūt, quod sic. ar. extra de re iud. in c. cū Ioannes. Nam &
 in multis maiorib⁹ dispēsat Papa, ut not. per glo. in c. per trāslat. extra de off. dele. & per
 Spec. in ti. de teste in §. nūc dicendū. † Secūdō repellitur à testimonio infamis. ut habe-
 tur. in l. Iulia. ff. de testi. nam talibus personis portæ dignitatū patere nō debent. l. i. C. de
 infamibus. lib. 12. Et testificari dignitas est, ut habetur 34. quest. 5. ca. præceptū: facit, q.
 not. Spec. in ti. de test. in §. 1. in prin. ver. itē excipitur quod est infamis. Sed an hi qui fa-
 ciunt ludos in plateis publicis sint infamies? dic quod sic, secūdū Bar. in l. i. §. bestias. ff. de
 postulādo. ita quod propterea à testimonio sūt repellēdi per suprā allegata. † Tertiō à 7
 testimonio repellitur inimicus capitalis, ut probatur in dicta l. 3. in prin. de te. & in Aut.
 de testi. §. si verò dicat odiosū. & ibi not. & in Aut. si dicatur. in fi. C. de testi. Et dicūtur
 inimici capitales illi qui sunt vitæ insidiati, vel accusauerūt eū cōtra quem producun-
 tur de criminē, ex quo ingeritur pœna mortis. ut no. per glo. in §. inimicitę. Inst. de exe-
 cutu. & in dicto §. si verò. Propter autē leuē inimicitię non repellitur testis, ut dicta l. 3.
 in fin. cū sequēti. & no. per Spec. vbi suprā † Quartō domesticus producentis l. 2. C. de 8
 testi. & in ca. in litteris extra de testi. Sūt autē domestici pater & filius, vxor & maritus,
 colonus, seruus, libertus: & generaliter omnes qui habitat, & vitā dicunt in domo pro-
 dacētis. ut no. in dictis iurib⁹ facit tertia quest. 3. in c. accusatores vel testes. & l. fin. §. sa-
 ne D. de his qui ad Eccl. cōfugiūt & in l. recipiēdum. §. furta. ff. de pœnis. & ff. de Aedi.
 Edi. l. x. diles. §. familię. de quo tāgit Spec. vbi suprā ver. itē excipitur, quod est domestic⁹
 quorum quidē testimoniū inspicitur status, & conditio quorum sunt tempore quo depo-
 suerūt, ut traditur plenē in l. ad testimoniū. §. cōditionē. ff. de testa. & in l. i. C. de test. † Cir-
 catamē hoc puto aduertendum: quia ad probandū facta domestica admittantur in sub-
 sidii testes domestici, ut vxor, & similes. ut nor. in l. 2. C. quādo & quibus quarta pars
 debeatur. lib. 10. & tetigi supra in gl. super verbo, & electione in prima quel. & familia-
 ter permi, & temporales. C. de repudiis. l. cōfensi, §. seruis. & dicuntur familiares pro-
 prii qui viuūt expēs alicuius. in c. fi. de verborū significitione l. 6. & in secūda. §. fami-
 lia. ff. vi. bo. rapt. & in l. pronunciato. §. familiæ. ff. de verbo. sig. Et similiter cōfratres ad-
 mittantur in testes, in subsidiū ad probandum f. cōta domestica. ut in Aut. de monachis. §.
 cogitādū. & extrā de testi. ca. veniens. in fin. ita dicit Bald. in l. sancimus. C. de iure deli.
 circa finē. ita etiā tangit præceptor meus dominus Ioannes de Graffis, vtriusque iuris
 comes, in dicto cap. veniēs. prout sub eo dum ipse legēbat recollegi. † Suprā dixi quod 10
 nō possum pro me producere testes mihi domesticos. Sed an aduersarius meus poterit
 testes meos domesticos pro se producere? dic quod sic, & cogentur contra me depo-
 nete secundū Specul. in titul. de teste. §. i. vers. cul. sed quid de vxore & viro, &c. Nisi
 in parte, vbi Specul. Sed an vaillans posuit esse testis pro domino, vel e contra domin⁹

deponere de veritate scientia, & non de credulitate per verbū *credo*, nec per verbū *videtur*, *michi*, iuxta ea quā not. per Cyn. & doct. in l. testium. C. de testi. & in c. cū causam, extra de testi. Quando tamen admittitur testimonium de credulitate, ut not. idem Spec. in ti. de teste. §. i. versic. item quod depositum de credulitate. & per Cyn. in dicta l. testiū circa si. licet in positionibus per partem in iudicio traditis verbū credit sufficiat & inducat confessionē. ut not. Bar. in l. vbi cunque ff. de interrog. ac in sua repetitione. † Sed an depositiones testiū examinatōrum in hac materia possessorij vitientur si testes sint in eorū depositionib. singulares, puta deponentes de diuersis actibus acquisitæ & cōtinuatae possessionis? videtur quod sic iuxta l. iusurandi. C. de testi. Sed tu dic contra: quia licet testes in materia possessorij examinati deponant de diuersis actibus: ipsi tamen omnes actus tendunt ad eundē finem. videlicet ad acquisitionem & continuationem possessionis. Ideo dicti testes licet sint singulares in suis dictis & depositionib. plene probant possessionem ut not. per gl. & Doct. in l. ob crimen. ff. de testi. & per Spe. in tit. de teste. §. iā de interrogatoriis vers. item de tempore. ibi, in aliis autē in quibus tēpus & locus non est de sublantia, &c. & in tit. de inquisitione. §. i. ver. sed quid si vnuſ testis, &c. Et his modis probatur iurisdictio. item perceptio decimaruſ similiter electio sepulturæ, ut de his modis probandi præmissa plenè scripsi in dictis Decisionibus Curia Patlameti, q. 544. Quod fecus esset si locus vel causa essent de essentia rei. ut in contrastibus: quia in illis testes singulares non probant per dictam l. iusurandi. C. de testi & not. per Inn. in c. licet de testibus. Et de hac materia testium latius dicā infra in gl. sequenti. De materia testium examinatōrum ad perpetuam rei memoriā, tetigi supra in gl. super verbo, 14 absque violenti enocatione. in §. & præmissa vera. † Depositor testis nulliter examinati si iterato exanimatur & dicat depono, ut in prima mea depositione depositum si eius secunda depositio valeat. vide Bart. in l. leg. ta m̄ utiliter, q. i. ff. de l. i. Si contradicant testes quorum vnuſ dicit ante talem diē, & alius dicit tali die? dic quod non, secundum Bart. in l. qui ante. ff. de verbōrum obligatione. Si valeat testimonium testis deponentis de credulitate, vel si dicat ita mihi videtur. vide Bart. in l. i. in pri. ff. de ventre inspi. Si testis interrogatus de causa scientiæ dicat ita est, quia sum certus non valet depositio secundū Bart. in l. Si quis ita ff. de testa tutela. De teste qui non iurauit si prober eius dictū. vide per Bart. in l. scire oportet. §. ii. ff. de tutorib. & cuiat. da. ab his. & textus secundū vnam lecturam. in l. solam. ff. de testibus. Si testis dicat scio, quia fui præsens, an sufficiat? vide Bart. in l. i. §. ii de auctoritate tutor. † Si testis productus super posse. deponat super proprietate, si eius dictū valeat. dic v. not. per Bart. in l. momentanea. C. qui legi. perlona. Quandoq; vnuſ testis non facit semiplenam probationem & quibus in calibus? dic vt per Bart. in l. admonēdi. ff. de iure iura. † Testis semel examinatus & publicatus renunciato & concluso in causa si possit iterato ex officio iudicis examinari? dic quod sic, ut not. per Bart. & gl. in l. reperti. ff. de questionib. quod est notabile. Et vide Spe. in tit. de teste. in §. nūc tractandū, vnuſ. quod ergo. & vers. sequenti. sed si pars requireret nō dicere fieri ex officio. ut supra dixi in questione, sed quid si iudex. Si testes de beatē cognoscere cont. ahētes? dic vt not. per gl. & Bart. in l. h. §. cum igitur. C. de iure delib. De teste qui deponit, q; non potuit fieri vel dici, quin vidisset vel audiisset, vide Bart. in l. hæreditatis palā. in pri. ff. de testa. & est gl. ordinaria. in l. i. §. i. ff. de itinere actuq; priua. † Qualis sit modus excipiendi contra personas testiū descriptoū in testamento vel instrumento. vide Bart. ff. de testa. l. ad testiū. §. conditionē. & ibi vide si possit testificari de his quæ vident tēpore quo erat inhabilis. Testis qui dicit se falsè de posuisse nō præjudicat parti. 18 Bart. in l. i. §. i. ff. ad Silliananū. & in l. generaliter. C. de non. nu. pec. † Vtrum testes existimantes rē diuersis pretiis sint cōtrarij. vide Bart. in l. i. ff. §. i. ff. de leg. 2. Pone testes fuit examinati super articulo continēte, quod res valet centū si post publicationē testiū fiat articulus quod res valet centū & quinquaginta, vtrū testes potuerūt examinati dic q; sic: quia articuli nō sunt cōtrarij, sed diuersi ita dicit Bart. in l. cū furti. ff. de in litē iurando. Varietas significati in dictionib. grammaticalibus quæ in vulgari nō recipiūt diuersitatem

sitatem non cadit illi mentem testis, sed in legibus & statutis, ut per Bar. ff. de l.34. si quidem corrum in prin. Quid iuris si dictum testamentum sit in tempore verum & in parte falsum? vide Bar. ff. de auro & argento lega. l. scribit. Si reus pro commissario vel fidei suffragio principi di possit esse testis, vide Bar. ff. de rebus du. l. si quis ita. An dictum testis valeat si non fuerit editus, vide Bar. ff. de his quibus ut indig. l. plures. §. si vero. Si ille cui aliquid relinquit in testamento possit esse testis in eodem. vide Bar. in l. si quis ita. ff. de re. du. ¶ Vtrum pendente 19 reprobatione testium per modum principi accusationis, debeat differri prima causa, vide Bar. ff. de peri. haered. l. si quis testamentum. & l. si quis libertatem. ff. de peti. haer. ¶ quod testes recepti inter alias personas faciunt presumptionem iuris seu semiplenam probationem. Bar. in l. admonendi. ff. de iure iuri. & in dicta l. si quis libertatem. Testis deponens super numeratione, & dicens se ignorare causam in dubio intelligitur mutui, ut per Bar. in l. cū quid. ff. si cert. pet. ¶ Si valeat dictum testis deponentis extra articulum, & quando dicatur extra articulum deponere, vide Bar. in l. si duo patroni. §. idem Iulia. ff. de iure iuri. vide alia singularia in materia testium, quae dixi infra in glossa sequenti.

§. Communi existimatione fidem dignos.

S U M M A R I U M.

- 1 Index ab alio commissarius non debet sumere informationem super possessionem, nisi cum testibus fide dignis communi existimatione.
- 2 Periurus reiicitur a testimonio, & quis dicatur periurus. & 3.
- 4 Quanam turamenta in periuero excusantur.
- 5 Papa dispensare potest ut periuatas in testem admittatur.
- 6 Infamis repellitur a testimonio, ubi quis dicatur infamis.
- 7 Repellitur a testimonio inimicus capitalis; ubi quis dicatur inimicus.
- 8 Repellitur domesticus, & quis dicatur domesticus.
- 9 Ad probandum facta domestica admittuntur in subsidium testes domestici, familiares perpetui, & confratres.
- 10 Domestici tamen cogentur deponere pro parte aduersa domini sui: an V. assallus vel libertas possit esse testis pro domino vel patrino, & quid in ea materia non andum,
- 11 Repellitur excommunicatus, si fuerit per sententiam declaratus, et si non fuerit publice nunciatus: quod habet locum in iudicis non autem in testamentis aut contractibus.
- 12 Instrumentum a Notario excommunicato, aut infami confectum quando teneat.
- 13 Notarius in tortura confessus falsum instrumentum non nocet parti: ubi, an index dispensatione possit cum Notario de falso condemnato ut instrumenta conficiat, & an falsi condemnatus possit unquam instrumenta conficeret.
- 14 Procurator inhabilis an alium possit substituere: & cuius periculo substituat. & an admisso eo Procuratore qui reiciendus esset valet per eum factus processus.
- 15 Quibus casibus repellitur excommunicatus maiore excommunicatione: ubi an excommunicatus admittatur contra excommunicatum. An infamis obliuiscere possit testi.
- 16 Si excommunicatione que obstat cedenti obstat cessionaria, si excommunicatus qui nec agere nec constituerre potest procuratores ad agendum poterit in iudicio opponere pensationem. An possit reconuenire actorem, an prescribere.
- 17 A testimonio repelluntur viles & pauperes, & quare. Et quis dicatur pauper.
- 18 Repellitur procurator producentis vel solicitator cause: & quibus casibus.
- 19 Index an poterit esse testis: distingue.
- 20 Morachi quibus casibus admittuntur in testimonium.

ti. C. si per vim, vel alio modo cum simili: ideo debent admitti tales obiectus: & testes super eisdem obiectibus examinari ante reintegrationem, dum tamen tales obiectus tradantur & probentur incontinenti, quia aliter ex mente dicti statuti si quis, non esset reus audiendus, licet de iure saltem vnicarum dilatio esset danda ad reprobandum testes,

3 c. licet dilectus, circa f. extra, de proba. & in c. dilectus. extra, de testi. † Et si actor etiam velit dare articulos saluatorios pro suorum testium bonae famae conuersatione auditur, quia licitum est mihi testes meos defendere, in c. licet olim. & in c. per tuas. extra, de simo. & in c. praesentium. extra, de testib. li. 6. & ibi not. Archid. Et si Commissarius reperiat per informationes testibus fidem non esse adhibendam non procedet ad reintegrationem spoliati, alias sic: & si in hoc pars non audiretur male faceret iudex, &

4 contra iustitiam ex mente huius statuti. † Sed pone quod Commissarius admisit violentum ad dandum coram eo obiectus contra testes, sed tamen eosdem obiectus non tradidit, an erit violentus audiendus in causa appellationis, tales dare obiectus: videtur quod non, quia obiicere contra testes est odiosum: ideo obiicere volens non admittitur, nisi ante publicationem fuerit protestatus, in cap. praesentium, extra, de testi. nec ad talum actum non datur, nisi una dilatio, iuxta d. ca. licet dilectus. & cum pars habuerit dilationem ad hoc faciendum, & non fecerit, non debet ulterius admitti, pro hoc videtur tex. expressus in c. licet causam. extra, de Probatio. ubi dato termino alicui parti ad obiiciendum, & obiicere non curauit, ulterius ad obiiciendum non debet admitti, ut ibi dicit tex. ibi, dum dicitur, super quo interloquendo dicimus, &c. Nec obstat l. præcipimus. C. de appell. & c. f. de appell. lib. 6. quia loquuntur in his quæ concernunt negotium principale, & non in ipsis accessoriis, ut obiicere contra testes, &

5 pro hoc facit clem. fin. de app. † Sed pone quod assertus violentus coram commissario non vult dare obiectus contra testes partis aduersæ. Sed vult coram iudice, vel commissario ante reintegrationem proponere & probare quod ipse possedit decem diebus tunc proximè lapsis rem contentiosam palam publicè & notoriè vidente, sciente, & non contradicente suo aduersario. An iudex vel commissarius ab eo super hoc deputatus, debeat admittere & recipere, & testes examinari super dictis propositis antequam procedat ad reintegrationem? credo quod sic: ex mente huius statuti, ut in reintegratione fienda, ipse habere possit considerationem, an ipse assertus violentus adeptus fuerit possessionem rei contentiosæ de voluntate partis sua aduersæ ex hoc statuto interpretata, vel non: quia si de voluntate partis sua aduersæ fuerit adeptus possessionem: quæ voluntas interpretatur à statuto, si per decem dies notoriè, & pacifice posse derit nō dicetur violentus, & per consequens non habebit locum huiusmodi statutum

6 si quis, ut de hac quæstion. plenius scripsi suprà in gl. super verbo interpretabimur, & super verbo per decem dies, & super verbo notoriè. † Sed quomodo commissarius super hoc audiet partem cum statutum disponat fieri reintegrationem etiam absque violenti euocatione? Sed dic, quod non debet pars vocari in casu, in quo statutum haberet locum, sed non habet locum statutum ubi assertus violentus, non est violentus, ut in casu propositæ quæstionis, jgitur audiri debet assertus violentus, quia statutum loquitur in violento. idem in non violento non debet extendi, arg. eorum quæ dicit Bart. in l. i. §. i. f. quod vi aut clam, maximè hoc statutum cum sit penale, ideo debet fieri in eo stricta interpretatio l. constitutionibus ff. ad municipales & no. Ang. de

7 Aret. super rubrica ff. dc no. oper. nunciæ. † Sed pone, quod violentus sciens testes examineat contra se super spoliatione vadit ad iudicem, & dicit: domine iudex volo vobis tradere interrogatoria super quibus interrogabitis testes partis aduersæ. An iudex debeat talia interrogatoria recipere, & super eisdem testes interrogare: videtur, quod non per illa verba statuti ibi omni allegatione cessante, & ibi absque violenti euocatione, sed credo, quod immo debeat iudex talia interrogatoria recipere si sine pertinentia, & super illis testes interrogare, qui per hoc non vocatur pars, sed iudex magis instruitur de materia, qui debet velle scire veritatem facti, ut melius cum testi. inquirat

quirat de veritate, vt dicit Spe.in ti.de testi. §. iā de interrogatoriis in prin. **Hinc est**, q
dicitur, q si testis clare corā eo nō deposituerit ipse, idē index ex offi. suo potest iterū eū
dē re examinare, vt sciat veritatē negotij in c. cū clamor extra de testi. † Sed quid si in
dex examinādo testes omiserit eos interrogare super aliquo interrogatoriū traditū, si
post publicat. testiū poterūt interrogari super interrogatoriis, dolo vel negligētia o-
missis; dic q sic secundū Inn.in c. per tuas de testi. Crederē tamē q hoc non posset fieri
ad postulationē partis timore subornationis, ex qao didiscita sunt testificata, sed bene
ex offici. iudicis fieri posset, sed si pars hoc peteret, non diceretur fieri ex officio iudicis,
secundū Ludouicū de Roma, vt refert de Aret.in l.3. §. hoc autē iudicium. ff. de damn.in-
fecto, licet Bal.dixerit cōtrariū, vt ibi refert idē de Aretio. † Sed quo modo in casibus 9
narratis, suprā in prima & secūda quaſ. cōmisſ. à iudice deputatus, poterit testes exami-
nare cū calus in dictis duabus quæſtionib. præpositis, nō cōtineātur in sua cōmissione,
quia simpliciter tenet cōmissio, q commissarius recipiat informat.super possessione &
spoliatione, & cōstit. de eisdē integrēt spoliatū, & c. quod dicendū, credo q imo sub ta-
li cōmissione cōtinentur duo casus in dictis duab. quæſtionib. præpositis. Et primo exa-
minatio super dictis obiectibus, cum ex forma dicti statuti si quis, nō debeat testes ex-
aminari, nisi sint cōmuni estimatione fide digni vt patet in iplo statuto: ibi communini
stimatione fide digni. &c. Quod nō potest cōstatre nisi testes super talib. obiectib. prius
examinarentur. Itē etiā sub dicta cōmissione cōtinetur alias & lecūdus casus, videlicet
q ipse reus possederit notoriē decem diebus, aliter non diceretur violētus possellor, vt
iuprā dixi in gl. super verbo, per decē dies. & sic nō haberet locum dictū statutū si quis,
ita q neceſ. oportet dicere, q dicti duo casus cōtinētur in dicta cōmissione maxime per
illa verba in cōmissionib. apponi solita, sibi secūdū formā dicti statuti, &c. quia omnia
vidētur cōmissa, cum quib. ad reintegrationē procedi nō potest arg. in l. ad rē mobilē. &
in l. ad legatū petendū. ff. de Procur. † Sed quārō de quæſt. quæ quotidie cōtingit de fa- 10
cto post didiscita testificata appetet q omnes testes debēt repelli, vel propter excōmu-
nicationē, vel aliud crimē; nūquid index restituet in integrū partē producentē, si peta-
tur, vt per alios testes, vel per eosdē, si impedi. esset, possit iterato suā intētionē proba-
re dic q sic, secūd. Ioan. And. post Inn.in c. auditus. de testi. in integr. ibi, q ergo si quod
publicatione appareat, &c. idem Bart. in Auth. qui semel C. de proba. Et idē in minore
15. an. cui per restitutionē in integr. subuenitur, vt possit testes suos producere post pu-
blicationē aliorū testiū, vt dicit gl. in l. minor. 25. an. ff. de minorib. Sed quid in materia
huius statuti si reus corā cōmissario nihil opponat vel petat copiā attestatiōnū cum ter-
mino ad dicēdum in dicta testiū. An cōmissarius debeat hoc cōcedere parti rea: dic q
nō quia eset cōtra mentē dicti statuti, ibi omni allegat. fateor tamē q parti rea peten-
ti cōmissarius debet cōcedere & tradere nomina testium, vt sibi tradātur obiectus ad-
missibiles cōtra personas testiū & examinentur testes super obiectibus, prout fieri de-
bet, vt dixi suprā in prima quaſ. præsentis gl. † Sed quomodo procedet iudex vel Cō- 11
missarius ad examinationē dictorum testiū si sufficiat, quod ipsi testes duo vel tres de-
ponant in turma? dic q non: sed omnes debēt deponere singulariter siue separatim &
lecrete vnu ab alio secundum Spe.in ti.de testi. §. nunc tractādum vers. sed pone. & in
pr. dicti §. Quia quādo examinātur in turmā vnu ipsorum loquitur, & aliae simplices
personæ se referunt cōmuniter dicto primi loquētis. Et male faciunt ideo securius est
etiā pro veritate pleniori habēda q separatim examinētur. in c. venerabilis. in fi. extra
detest. Et ita discreti iudices & cōmissarij seruāt. Sed quid si notarius cōmissus à iudice
in examinatione testium reperiat plures testes in vnu cōcordātes. An debeat siue pos-
sit scribere talis testis qui deposituerit, vt præcedēs? Alberti. de Rosa, dicit q sic: in l. instru-
mētor. C. de precib. Imperatori offerendis. & adduxit ad hoc dictā l. instrumentorum.
pro quo facit l. si reus. ff. de cōdi. indebiti. & l. arborib. in fi. ff. de cōtrah. empt. Confu-
tio tamē est quod scribat cōmissarius ad longe dictum cuiuslibet testis secundū Spe.in
tide teste. §. nūc tractādū. ver. cautū quoq. & ita seruāt discreti iudices. † Et debēt testes 12

pro vasallō videtur quid non, sicut nec libertus contra patronum, vt l. libertorum. C. de testi & quarta, questione tertia. vrs. liberti. circa tamē hoc est aduertendū: quia hēc que hō p̄cedit in causa quē est de re alia quā de inuestitura feudi, qua inuestitura p̄ lo bādi p̄mititur pates Curie, id est vasalli, vt habetur in cap. prima quod testes sunt necesse s̄tū ad nouam inuestiturā in feudu & in cap. i. in principio de cōtrouersia inuestiturā, vbi autem de alia re est questio. tūc dicūt quidā quod vasallus admittitur pro domino, sed non contra dominū. Alij dicūt quod aut est paruum feudu aut magnum, prout plenius tangit Specul in tit. de teste. §. i. ver. itē excipitur, quod est domesticus. † Quādā à testimonio repellitur excommunicatus: quia nō est fide dignus. in cap. decernimus extra de sentēt. excommunic. lib. 6. & in cap. veniens. in fin. ca. 2. extra de testi. & ter-tia, quest.; cap. cōspiratores. etiā in foro seculari, quia excommunicatio est approbata, etiā de iure ciuilī vt dicit Cyn in l. placet. C. de factosan. Eccles. & ibi est tex. in dicta l. placet. vbi Imperator vocat excommunicatō acrimoniam. facit Auth. credentes. C. de Hæretic. Quod intellige de excommunicato qui per sententiam est declaratus excommunicatus, aliter nō repelleretur à testimonio, secundum Doctor. in cap. pia. de excū libro sexto. Sed an erit necesse quod testis per sententiā excommunicatus fuerit publicē nunciatus excommunicatus ad hoc vt repellatur à testimonio? credo quid non: quia excommunicatus à Caōne, aut per sententiā habetur p̄inde ac si nominatim publicē fuit set denunciatus, secundum Innoc. & Ioan. And. in cap. veritatis. de dolo & cōtū. iunct. cap. fin. extra, de excessi. p̄z lato. & quod dixi testem excommunicatū repelli à testimonio, hoc est verum in iudiciis, in contrāctibus autem vel in testimoniis non prohibetur esse testes, vt tenet Inn. in c. pia. de exceptionib. † Quod nō sic est in Notario excommunicato cuius instrumētū tenet nūl fuit publicē nunciatus excommunicatus. vt dicit Io. An. post Abba. in d. ca pia in Nouella super verbo vtilitate, in fin. Notarius tamē infamis nō prohibetur cōfiscere instrumētū donec per sententiam fuit de causa infamia condemnatus, vt tenet Bal. in feud. in tit. de l. Coradi. in §. inter pates. in fine. ipse tamen Bal. distinguit circa hoc. in l. cūctos populos. in 8 col. C. de sū. Trin. & fide Cathol. quia dicit ipse Bal. ibi. Aut infamia Notarii est notoria, aut occulta. Primo casu nō valet instrumentū: quia abest fides & auctoritas. Secūdo casu valet instrumentum p̄pter iustū errorem ignorantium ita dicit ipse Bald. in l. cūctos populos, sicut ut supra dictum, in feudis tenuerit indistinctē valere instrumentū donec per sententiam de infamia fuit cōdemnatus. † Iuxta hoc quāro si Notarius cōfiscatur in tortura, vel alias fūlsum instrumentū fabricasse, an noceat parti? dic quod non. l. si quis in graui. §. si quis minores & ibi Barth. ff. ad Syllani. Si iudex possit dispensare cūm Notario cōdemnato de falso, quod possit confiscere instrumenta. vide B. sit. in l. si quis. in prin. testamēti.. §. ff. ff. de l. i. Circa hēc no. quod cōdemnatus de falso cōiunctus vel cōfiscatus, nunquā potest postea instrumenta recipere. in Aūr. de Tabellioni. in §. fin. & no. Bar. in l. leadē. in pr. §. i. ff. ad l. lūl. repetundarum. Si tamen est condemnatus de falso per contumaciam nō perdit cōfiscatiōnēm instrumētū, vt not. B. l. in l. transigerē. D. de transact. & Ang. de Aret. in tract. de maleficis. in gl. super verbis, qui iudex vidēs. † Sed quia excommunicatus nō potest esse Procurator, in cap. post cessionē extra de proba. Quero, si talis Procurator inhabilis vel quisquis aliis inhabilis Procurator possit aliū habiliē substituere, vide glos. & Doct. in Clem religiosus. in fin. de Procuratoribus. & in dicto cap. post cessionē. & per Bar. in l. §. per eū. ff. de Acquir. poss. & Cyn. in l. quod quis. C. de Procuratoribus. Et quod Procurator inhabilis non possit aliū habiliē substituere sicut ar. in l. si minor. C. qui manuauit tēre non possuit. Si Procurator substituat alium cūrūs periculo sui vel domini datur substituisse: dic quod periculo sui, vt tener. Inno in cū. vt hēc non cōtest: idem Bald. in l. quod quis. C. de Procur. Quero, si Procurator qui nō debuit admitti, nō fuerit repulsi, sed ad missus: quia pars nihil cōtra eū opposuit. An valeat processus? credo quod sic, per eū quā dicit Ang. de Areti. in tractatu suo de maleficis, in gl. super verbis, qui iudex vidēs quod inquisit, &c. in fine. vbi dicit quod licet in causa criminali nō debeat procurator,

tator admitti, si tamen fuerit admissus, valet processus. † A quibus tamen actibus repellatur excommunicatus maiori excommunicatione, vide per glo. in d. cap. decernimus super verbo, testificando, de sent. excommun. lib. 6. & Archid. in d. c. pia, de excep. Sed an excommunicatus admittatur in testem contra excommunicatum? dic quod sic, vt tenet Specul. in tit. de teste. §. i. vers. sed nunquid excommunicatus contra excommunicatum, &c. Sed an pars infamis possit obiicere testi, quod ipse est infamis. vide Bart. in l. si mulier. ff. soluto matr. † Si excommunicatio quæ obstat cedenti, obstat ces. 16 sionario, vide Bart. in l. apud Celsum. in §. si tibi. ff. de excep. dol. Si excommunicatus qui non potest agere, nec facere procuratores ad agendum, in cap. fin. extra, de procuratorib. & in c. licet. extra de testib. si saltem ipse poterit in iudicio opponere compensationem, Bart. quod non, quia compensando ipse petit. ita dicit ipse Bart. in l. amplius non peri. ff. rem ra habere. ita tenent Oldrad. & Iacob. de Aret. in d. l. amplius. & Inno. in c. cum inter. extra de excep. idem dicerem à fortiori, quod ipse non posset reconvenire Actorem. Si excommunicatus possit præscribere? Hostiens. tenet quod non, in c. cum non liceat. extra, de præscript. & ibi gloss. enumerat plures casus in quibus cessat præscriptio. † Sexto à testimonio repelluntur viles & pauperes nec immerito, quia 17 paupertas in personis laicis inducit præsumptionem rapinæ, & sic est præsumptio corruptiæ. Instit. de excusa. tut. in fin. dicitur autem pauper ille qui non habet in valore bonorum quinquaginta aureos, vt probatur 2. quæst. i. in cap. in primis. ver. sed & de personis. & in ca. prohibentur. no. etiam Instit. vbi suprà. & in l. nonnulli. ff. de accusa. † Septimò repellitur à testimonio testis si est procurator partis producentis, vel soli- 18 citator cause. Circa tamen hoc distingue, aut est procurator ad negotia, aut ad iudicia. Primo casu, aut est quæstio de contractu quem ipse gessit procuratorio nomine, & tunc dic vt in personeta secundum Bart. & Bald & not per eos. in l. omnib. C. de testib. aut est quæstio de alio contractu gesto per alium, & tunc poterit admitti, sicut dicam statim. In procuratore ad iudicia, sic distingue, aut producitur in causa quæ per eum de præsenti conducitur, & tunc repellitur, quia præsumitur habere ad ipsam causam nimiam affectionem, in c. fi. ff. de testib. lib. 6. aut producitur in alia causa, & tunc admittitur in testem, vt not. in l. fin. ff. de testib. & Spec. in tit. de teste. §. i. vers. item quod fuit in eadem causa procurator, & per Bart. in l. deferre. §. idem decernerent. ff. de iure fisci. Et ibi vide per Bart. in d. l. deferre. §. i. vtrum & quando procurator Aduocatus, Iudex & personeta possunt esse testes de iure. Sed quid si quis fuerit constitutus procurator specialiter ad vnam causam, quam tamen causam non acceptauit, an poterit esse testis in illa causa pro constituentे? Inn. quod sic, in c. insuper de test. De procuratore autem generaliter constituto ad omnes causas si iudicium possit inchoari in persona ipsius domino absente, plenè dicam infrà, in gl. super verbis, violentia vero putata, circa fin. Et quæ suprà dixi de procuratore teste locum habent in aduocato, per d. l. fin. Quid autem dicemus de procuratore partis meæ aduersæ, si potero eum in testem pro me producere, & si cogetur ad deponendum, tetigi suprà in gl. super verbo, & electione & plenius in Decisionibus Parlamenti, q. 45. † Sed an Iudex poterit esse 19 testis gl. determinat quod non, in d. c. fin. de test. pro qua opinione videtur tex. in c. statutum, 2. q. 6. & in c. quoniam contra falsam, extra, de proba. facit c. cum à nobis. extrà, de testi. alij vero distingunt, vt plenè no. in l. ne in arbitris. §. fin autem. C. de arbitris, quod aut procedit adhuc lis coram eo, aut est finita: primo casu non admittitur in testem per iura prædicta, quia non debet duplici officio fungi, in l. fin. C. de officie. accessorum. & in l. 2. C. de offici. præsidis. Secundo casu distingue, aut eius officium respicit equitatem, vel iniquitatem propriam ipsius Iudicis adhibitam in ipsa causa, & tunc non potest esse testis, arg. in l. præfecti. ff. de minorib. aut solum respicit damnum vel h.

vtilitatei alterius, & poterit esse testis, quia cessant omnes causæ prohibitiæ in l. 1.
 20 ff de testi. † Sed an monachi & fratres minores, & similes sint testes idonei in mate-
 ria huius statuti, vel in qualibet alia causa? & videtur quod non, per text. in Clem. exi-
 ui de Paradiso de verbis signific. vbi prohibentur testari & esse in iudicio, & officium
 executorum exercere, ergo nec esse testis, arg. in l. si is qui. §. 1. & l. cum lege. ff. de testa.
 & ita videtur tenere Ioan. Fab. Instit. de testa. §. testes. Sed contrarium est veritas, quia
 Monachus potest esse testis in authent. de Monachis. §. cogitandum. Et idem in fratre
 Minore determinatur in c. nuper. extra, de testi. Quam opinionem tenet Spec. in tit. de
 teste. §. 1. in ver. item excipitur quod est Monachus, dummodo deponat de licentia sui
 superioris, vt ibi dicit Spec. quem ibi sequitur Ioan. And. in suis additionib. Et Bart. in
 suo tract. Minoritarum. & Bald. in l. t. C. de sacros. eccl. & est glo. in auth. si quis, alijs
 incipit, si dicatur. C. de testib. Nec obstat dicta Clem. exiui de Paradiso, quia loquitur
 in illis actibus & officiis in quibus vertitur, vel potest verisimiliter verti contractio
 pecuniæ, quibus medianibus tractatus & usus pecuniarum est interdictus, per regu-
 lam beati Francisci. Sed in testimonio non vertitur huiusmodi contractio. igitur, &c.
 Non obstat etiam d. l. si is qui. §. 1. & l. cum lege. & l. qui testamento. §. eum qui, supra
 alleg. quia illa iura loquuntur in illo qui propter sui delictum priuatur illo tali bene-
 ficio. Sed frater mendicans propter eius deuotionem & meritum priuatur, ideo de
 21 uno ad aliud non infertur. † Sed aduerte quia tales debent deponere coram Iudice
 laico, de licentia sui superioris secundum Inn. in c. i. de iuramento calumniæ, vide ta-
 men quæ circa hæc dixi in Decisionib. Parl. quæst. 65. & voluit Specul. in d. versic.
 item excipitur quod est monachus & nō sufficit quod tales religiosi iurent ad pectus,
 quia debent iurare super sanctis Dei Euangeliis præstanto tamen de illo debet intel-
 ligi tanquam in potentiori significato. arg. in l. i. ff. si ager vœti. vel emphy. peratur: li-
 cit de consuetudine seruetur contrarium. quia omnes religiosi iurant ad pectus & ta-
 lia iuramenta, de consuetudine & stylo Curiarū tollerantur & admittuntur. Sed quid
 de Conuersis? credo quod non sit facienda difficultas, quin possint deponere etiam in
 materia huius statuti, & in quibusunque causis etiam sine licentia Superiorum, &
 debent iurare super Euangeliis, quia tales Conuersi, non dicuntur religiosi, immo &
 possunt contrahere matrimonium, & habere proprium, vt dicit Bart. in auth. ingref-
 si. ibi, expeditus de contrariis. C. de sacros. eccl. Sed an Religiosi & Mendicantes pos-
 sint esse testes in testamentis? dic quod sic, vt plenè scripsi in Decisionib. Parlament.
 22 q. 5. 17. † Sed an testes possint tradere in scriptis eorum depositiones Iudici, vel Com-
 missario ad examinandum testes, Bart. quod sic, in l. Theopompus. ff. de dote prælegat.
 De materia, & quæ possunt opponi contra testes ad inuallandum eorum depositio-
 nes etiam tetigi supra, in glo. super verbo & electione, & in glo. super verbo, probata
 possessione. & in glo. super verbo, testes & plenissimè per Specul. in tit. de teste. in §. 1.
 & per totum titulum. Sed an sacer poterit esse testis in causa generi sui, vel nurus. An-
 gel. de Aret. in l. rei iudicatæ. §. sacer. ff. soluto matrimon. dicit quod non. vide etiam
 23 Spec. vbi supra, & vide Bart. in l. qui testamento. ff. de testament. † Sed quid si de testib.
 examinatis super possessione & spoliatione testes dicant aliter deposuisse quam scri-
 ptum fuerit per commissum ad examinationem testium, cui potius erit standum Not-
 ario, vel testibus? quæstio est dominicalis, & soluitur pro Notario, si sit bona fama
 propter officium. Si autem Notarius esset persona suspecta, & qui consuevit falsa scri-
 bere, tunc potius esset credendum testibus: ita dicit Spec. in tit. de instrumentorū edi&
 §. restat. vers. qui si dum attestaciones publicantur. & ibi vide iura quæ ipse allegat. Et
 pro tanto est consilium, quod in facto per articulos dedicatur de bona fama eorum,
 vel etiam de suspicione eorum prout casus continget, istud consilium ponit Bart. in l.

tabularum. ff quemadmodum testamenta aperiantur. vide tamen Bart. in l. 2. eod. tit. & de hoc tetigi supra, in glo. super verbo, notoriè, in fin. † Vtrum testis possit puniri de 24 confessatis per eum testificando, vide Inn. in c. cum super. extra, de cōfessis. Si obiectus criminales contra testes probentut si possint ipsi testes puniti à iudice coram quo obiciuntur & probantur? dic quod non, per text. in c. cum dilectus. in fin. extra, de ordine cogni. in antiquis. Nec efficiuntur infames secundum quod text. & gl. ibidem ponunt, licet Inn. ibi dicat, quod eorum opinio aggrauatur. testis deponit, quod vidit Tit. possidere quandam terram toto tempore suę memorię, si procedat eins dictum? dic quod sic, quia exponitur, id est, quod potuit venire infrà talem terram, vel stare in eadem quando voluit, ita exponit Bart. in l. 1. §. quotidiana. ff. de aqua quoti. & æst. & Doct. in l. 1. ff. sol. matr. quod no. quia semper cōtingit in facto. † Quid si attestations 25 tertium subtrahantur, dic quod subtrahens presumitur habere malam causam, in cap. constitutus. extra, de testib. ita dicit Host. in tit. de testi. cogen. in §. 1. vers. quid si aduersarius meus facit bene quod dicit Bart. de instrumentis dolo aduersarij subtractis, in l. sicut. C. de prob. & idem diceré de illo qui subornat testes, vel voluit subornare, quod ipse presumitur habere malam causam, per prædicta. † Ulterius quæro assertus vio- 26 lensus opponit coram iudice, vel eius Cōmissario, contra testes per partem spoliatam productos obiectus supra declaratos, vel aliquos ex ipsis obiectibus, an ipse iudex, vel Commissarius debet ipsam partem tradentem tales obiectus audire, & ipsos admittere ad probandum, antequā procedat ad reintegrationē, ex forma dicti statuti, Si quis die quod sic, vt plenē declarauit supra, in gl. super verbo, testes. in 1. q. & dicit ibi. † Sed 27 pone quod pars opposuit contra testes partis suæ aduersar. , quod ipsi sunt viles & abiecte personæ, vel quod pars producens eos subornauit, & similia: quos tamen obiectus pars proponens non probauit. An possit contra partem tradentem tales obiectus agi actione iniuriarum? credo quod non per glo. in l. si quis vult esse causidicus, super verb. utilitas. C. de postul. facit l. delato. ff. de iure fisci, vide super hoc l. 1. §. 1. ff. de ventre inspi. & l. si quis de libertate. ff. de iniuriis. Qui tamen alio modo obiiceret crimen contra aliquem, & non probaret, teneretur actione iniuriarum, secundum Angel. de Perus. in l. 3. C. qui accus. non poss. vt refert Ang. de Aret. in suo tract. de malefic. in glo. super verbis, necnon ad querelam, sed an estimatio iniuria fieri debeat per iuramentum agentis, vide in l. iniuriarum. ff. de iniuriis. Et quia supra proximè tetigi de iniuria, † Subintro aliqualiter materiam iniuriarum & aliquæ singularia hic subiungam: 28 iniuria enim infertur re, aut verbis, in l. 1. §. 1. ff. de iniur. & statim quæritur actio iniuriato. l. si unus. §. sed & si paetum. & ibi bonus text. ff. de paetis, tenet glo. in §. fi. Inst. de iniuriis. quæ iniuria non consentiente iniuriato per aliquem actum non potest submoueri, vt tenet gl. in d. §. fi. & videtur lex. in l. si tibi §. quid. ff. de paetis. Et dicit Bart. quod verbum iniuriosum præcedens declarat voluntatem iniuriantis deesse in reservatione subsecuta, quod est contra illos qui dicunt alicui, Tu mentiris, saluo honore tuo. Credentes per talen reservationem ab iniuria excusari, quod non est verum, ita dicit Bart. in l. si quis extraneus. ia princ. ff. de Acq. hæred. ita etiam ibidem dicunt Dy. & Rayn. quod bene probat d. l. si bene inspiciatur. † Et pro iniuria illata factio aut ver- 29 bo, Doctori Legum potest agi. l. Iul. de via publ. l. lege Iulia. la. 2. versic. item quod ad legatos oratores, &c. ff. ad l. Iuliam, de via publica, vbi glo. oratores, id est, doctores artium: dicuntur etenim habere dignitatem aliquam, quod potest esse, quia in munib. excusantur, l. 1. & 2. & l. medicos, & ibi fit mentio expressa de Legum Doctorib. C. de professo. & medi. immo est verum quod Doctoratus est dignitas, in Clem. 2. de magistris, & tener Bar. in l. 1. C. de nouo codi. componendo, ergo si est dignitas locum habet in eis d. l. iuxta rationem, quam ibi glo. subiungit. † Testis in vno iudicio inter-

aliquos habito depositum medio iuramento unum, & post in alio iudicio deposita-
liud etiam suo medio iuramento, cui dicto standum? dicendum est, quod primo, iux-
ta ea quæ ponit Bart in l. si postulauerit. §. penult. ff. de adulter. quod ponit glo. in Au-
thentic. de testi. §. illud tamen, colum. 7. Nam quando publicatis attestationibus est ve-
risimile quod testis loqui potuit cum parte producente, vel cum alio parti producen-
ti amico, vel affectionato, ipse præsumitur subornatus, aliter deponendo in sua se-
cunda depositione, quain deposituerit in prima, ideo tanquam varianti non est creden-
dum, ita dicit gloss. ordinat. in cap. super his, gloss. i. extra, de pœnis. Nec est secundæ
depositioni credendum, quia ipse in ea est perjurus, deponendo contra illud quod pri-
mo deposuerat & ita infamis. l. Lucius. ff. de his qui not. infam. & l. si quis maior. C. de
transact. & in c. sicut nobis. & ca. testimonium. extra, de testi. Pro hoc quod perjurus a
testimonio repellatur, tenet Specu. in titul. de teste. §. i. versi. item excipitur, quod est in-
famis: ibi. unde periuri non admittuntur, & versi. item quod est periurus. Et quod de-
positioni secundæ non sit standum, nec etiam primæ hoc tenere videtur Specu. in tit.
de teste. §. i. ver. quid si testis secundo inductus &c. ac tamen credo opinionem Bartol.
& glo. fore veram, videlicet quod primæ depositioni stetur, & ita seruatur sicut dicit
Bart. in l. si postulauerit. §. pen. allega. super hoc tamen vide quæ pulehrè ponit Innoc.
in ca. præterea, de testi. cogendis. & dic vt ibi per eum, quando casus occurret. & Spec.
31 in tit. de teste. §. i. versi. item quod testis obscurè, &c. † Quare, an valeat receptio te-
stium in causa inquisitionali, ante litis contesta. dic quod sic, secundum Innocen. in c.
veritatis, de dolo & contuma. quod est singulare, an testis debeat iurare super articulis,
an verò super tota causa; vide Bart. in l. si duo patroni. §. idem Julianus. ff. de iureiuran-
do. An valeat dictum testis examinati, super articulo, qui non debuit admitti, vide
Bart. in dicto §. idem Julianus. & in l. . . §. Diuus. ff. de quæstionib. vtrum testes quorum
depositiones non valent, possint iterum reexaminati post didicita testificata, vide
32 Bart ff. de iureiurand. l. qui per salutem. † Si testis possit tradere eius depositionem in
scriptis Iudicii: Bart. quod sic, in l. Theopompus. ff. de dote præle. Cedens iura alicui si
possit esse testis pro eo? dic quod sic, si cessit iure donationis, glo. in l. nullus. ff. de testi.
Sed an fideiussor possit esse testis pro debitore, Spec. dicit, aut est soluedo fideiussor, &
tunc potest: aut non, & tuc non potest: ita videtur sentire in tit. de teste. §. i. versi. quid
33 de fideiussore. † Testis debet deponere de facto, & non de iure. l. stipulatio. §. hoc quo-
que. ff. de verborum obliga. Dictum testis debet interpretari contra producentem, se-
34 cus in verbis libelli: ita dicit Bart. in l. 2. in quæst. fin. ff. de duobus reis. † Si liceat Iudicii
recipere testimoniem volentem dictum suum corriger, vbi cui dicto stetur, vide Bart. ff. de
adulter. & si postulauerit. §. i. in fine. & de quæstio. l. reperi. & in l. quicquid adstringen-
dæ. ff. de verborum oblig. si testis se ingerens fidem faciat: dic quod non, quia suspectus
vt per Bar. in l. si vxori. ff. de fal. si valeat dictum testis deponentis, depono prout alias
in tali causa deposui. vide Bart. in l. eos. ff. de falsis. vtrum & quando valeat dictum te-
35 stis deponentis ultra interrogata, vide Bart. in l. Diuus. ff. de quæstio. & ibi dixit idem
Bart. quod testis qui non debuit examinari, non facit iudicium. † Homicida etiā a te-
stimonio repellitur, sed debet sibi opponi in specie, & non sufficeret, si in genere sibi
opponeretur, in c. si homicidium. de testi.

§. Omni allegatione,

S V M M A R I V M .

1 Quid verba, Omni allegatione, in hoc statuto excludant.

- 2 Sententia Iudicis excommunicati an ipso iure nulla. Vbi, de exceptione, ante solutionem facta.
- 3 Quenam nullitates adferri poterunt contra sententiam reintegrationis latam.
- 4 Si statuto cauetur quod bannitus occidi possit, intelligitur de rite bannito.
- 5 Coram quo iudice opponi debeant causa nullitatum, & ante reintegrationem audiantur exceptiones.
- 6 Causa per appellationem ad superiorem devoluta si forte deseratur, coram quo Iudice proponi debent nullitates: Vbi, an cause nullitatis processus impediunt sequelam reintegrationis.
- 7 Excepio nullitatis in criminalibus impedit executionem, & quare.
- 8 Causa agitata per procuratorem constitutum à minore vigintiquinque annis curatorem non habente, an ipso iure nulla.
- 9.10 Quenam obieciones obici possint ad impediendum reintegrationem.
- 11 Et an tales exceptiones admitti debeant à Iudice.
- 12 Quare, Vbi, An si remedii iuris communis agatur, an admitti debeant huiusmodi exceptiones.
- 13 Facta reintegratione & causa per appellationem ad superiorem devoluta poterunt opponi per violentum dicta exceptiones. Vbi, violentus ab alio spoliatur, an poterit contra illum intenare remedium huius statuti: & an contra ipsum fundi dominum.
- 14 Si spoliatus agat interdicto unde vi, Afferius vero violentus opponat rem ad spoliatum non pertinere, an reintegrabitur spoliatus, & si agat remedio huius statuti.
- 15 Si quis conueniatur iudicio via ordinaria super interdicto unde vi: violentus contra spoliatum agere non potest actione negatoria.
- 16 Facta reintegratione poterunt premissae exceptiones opponi per spoliatorem ad impediendum adiudicationem, solutionem expensarum, &c. & an solutis expensis audiri debeat violentus agere volens super dominio, vel alio iure suo.

Sic etiam † vtitur iurisconsultus hoc verbo, allegatione, in l. minor 25. 1
ann. ibi, allegationem. ff. de minorib. Et per illa verba, omni allegatione, in hoc statuto adiecta videntur per statutum huiusmodi esse exclusa omnes exceptiones dilatoriæ & peremptoriæ, de quibus violentus posset aduersus reintegrationem fiendam excipere, sive opponere, per gl. in d.l. minor 25. ann. super dicto verbo, allegationem. & ita seruat stylus Curiarum presentis patriæ, in materia huius statuti, si quis. Sed pro latiori declaratione & intellectu huius statuti in hac parte. † Quero facta reintegratione opponitur contra processum & reintegrationem per iudicem aut eius Commissum factum, quod vitiis nullitatis subiacent, cum ipse iudex aut Cōmissarius à iudice deputatus esset excommunicatus, iuxta c. dilecti filii, extra de exceptionibus & c. excommunicatus. §. credentes, de hereticis, li. 6. & not. Archid in c. i. de litis contest. lib. 6. super verbo, iudicata. & quod sententia iudicis excommunicati sit ipso iure nulla, habemus gl. in l. i. C. de iuris & facti ignorantia, in gl. si. circa si & plene per Spe. in tit. de exceptionib. in §. dicto de dilatoris. ver. sed quid si ex principali, vbi ponit Spe. octo exceptiones nullitatis, quæ possunt contra sententiam opponi, quæ impediunt iudicatum exequi. Sed quid de exceptione solutionis factæ ante sententiam, an impediatur executionem sententiae? Spec. videtur tenere quod sic, in tit. de executione sententiae §. postremo. ver. illud autem. Et vide de hac materia per Bart & Doct. in l. post rem iudicatam. ff. de trāstadiis. † Vel etiam 3
opponitur aduersus reintegrationem ex forma huius statuti facta, quod ille qui producit testes coram iudice, vel Commissario pro spoliato, & cum quo factus fuit dictus

processus, super reintegratione possessionis non habebat mandatum a spoliato: & sic quod nulliter fuit processum, iuxta l. licet. C. de procur. Vel forte quod iudex qui fecit reintegrationem, vel commisit eam fieri, non erat iudex competens, quia forte iudex Delphinalis fecit reintegrationem in territorio bannateti, vel econtra, & sic sunt acta nulla, vt C. si à non competenti iudice, in rubro & nigro. Vel etiam quia reintegratio fuit facta contra minorem viginti quinque annis non habentem curatorem, & sic nulla ipso iure. l. si praeses. C. quo modo, & quando iudex & l. acta. §. fin. ff. de re iud. An dicta, vel similes nullitates poterunt allegari & opponi facta reintegratione contra processum & reintegrationem? videtur quod non per dicta verba, omni allegatione cessaute, cum illa verba, omnis, & omnes, sint verba vniuersalia, omnes allegationes quæ contra reintegrationem opponi possent comprehendentia, quia qui omnino dicit, nihil excludit, in l. è procuratore & ibi glo. C. mandati. & in l. Julianus, in princip. ff. de Legat. 3. Contrarium tamen credo, videlicet quod tales, vel similes nullitates poterunt opponi & allegari post factam reintegrationem. Nam videmus quod etiam si ex facto partium remoueatur appellatio, non tamen videtur sublata via nullitatis, vt dicit Angel. de Aret. in l. i. §. 1. ff. à quibus appella. non licet. ibi. quid si promitto. Quia dictum statutum presupponit reintegrationem esse validam, & processum ritè factum, iuxta ipsius statuti dispositionem, pro quo facit quod dicit notabiliter Bart. in l. Diuus. ff. de test. milit. Et alibi dicit ipse Bart. quod si statuto caueatur quod contra instrumentum nihil possit opponi, tamen poterit opponi quod non est ritè confectum. ita dicit ipse Bart. in l. i. ff. quod vi aut claim. & habetur per gloss. Cyn. & Bald. & Salyc. in l. ita pudor. C. de Adulteriis. & per eundem Bart. & Angelum de Aret. in l. quarta. §.

4 condemnatarum, in princip. ff. de re iud. † Idem si statuto caueatur, quod bannitus possit impunè occidi, intelligitur de ritè bannito, vt dicunt Bart. & de Aret. vbi suprà, in proposito, ergo licet hoc statutum disponat quod fiat reintegratio omni allegatione cessante, debet intelligi si ritè & rectè processus fuerit factus. Et quod per istud statutum non videatur sublata nullitas, determinat Ioannes Andreas in Clem. i. de sequestratione possessionis & fructuum. & videtur tenere expresse Ioannes de Ferrariis, in tit. de forma exceptionis executionis sententiae diffinitiæ. in gloss. i. ibi, quid autem si statuto solum dicatur † Sed quæro coram quo tractabuntur dictæ causæ nullitatem? dic quod coram eodem Iudice. l. i. in fin. C. de sententiis ex periculo recitant. Quod intellige postquam Iudex vel Commissarius reintegrauerit spoliatum in sua pristina possessione, quia ante reintegrationem nulla allegatio, aut oppositio debet impedire reintegrationem ex mente huius statuti, & de stylo Curiarum, vt infra etiam latius dicam. Vel etiam coram Superiori poterit causa nullitatis agi, vt dicit gloss. in l. 4. §. fin. C. de accusatio. Quod intellige si causa per appellationem fuerit ad superiorem deuoluta, alias non secundum Innocentium in c. dilecto, de appell. vt refert & tenet Pet. Jacob. in tit. de constituta pecunia, in fin. super forma nullitatis sententiæ, ibi, item rectè

6 pronunciat appellationem, &c. † Sed quid si causa per appellationem fuerit ad superiorem deuoluta & appellatio per lapsum fatalium, vel alias efficiatur deserta, an ipse Superior poterit de causa nullitatis cognoscere? dic quod non, vt tenet dominus Franciscus de Zabarellis, Cardinalis, Florentinus, in Clementina, si appellationem, de Appellationibus, & dixi plenius in tractatu quem feci, de appellationibus, ibi, 82. quæro, &c. Sed iuxta hæc quæro, si agatur de nullitate processus, & reintegrationis coram eodem iudice, an illa causa nullitatis poterit impedire sequelam reintegrationis, punita ad iudicationem taxationis, & solutionem expensarum-damnorum & interesse. Et distarum decem marcarum argenti, de quibus in dicto statuto fit mentio, donec finita causa nullitatis. Credo circa hoc sic fore dicendum, quia aut de nullitate non potest fieri

fides in promptu ex eisdem actis, & tunc non impediuntur præmissa fieri etiam pendente causa nullitatis, iuxta notata per Baldum in l.quarta. §. condemnatum. ff. de re iud. Aut appareat in promptu ex eisdem actis de nullitate, & tunc impediuntur præmissa fieri, iuxta quod dicit Bart. in dicto §. condemnatum. Quia ut suprà dixi, dictum statutum debet intelligi si ritè & rectè facti fuerint processus & reintegratio. Et hoc verum, ubi ageretur de tali nullitate reintegrationis facte per Iudicē inferiorem. Quid si ageretur in Curia Parlamenti de nullitate processus & reintegrationis factorum per dictum Curiam Parlamenti, tunc nulla suspensio fieret in præmissis casibus. Etiam si de nullitate actorum Curiae Parlamenti fieret prompta fides, propter auctoritatem ipsius Curiae, ut plenè dixi in Decisionibus dictæ Curiae, quæstione quinquagesima. Sed quia suprà dixi, quod exceptio nullitatis non impedit executionem sententia, si in promptu non fiat fides de nullitate: an hoc sit verum indistinctè etiam in causa criminali, dic quod non: quia si fieret executio in sententia criminali, non posset postea reparari constito de nullitate sententia. Ideo hoc casu nullitas opposita impedit executionem sententia, ut plenius dixi in tractatu meo de appellationibus, quæstione 120, in verbo, si autem infra decem dies non appelleatur, &c. Sed quia suprà dixi quod sententia lata contra minorem viginti quinque annis, curatorem non habentem est nulla ipso iure, per l.præses. C. quomodo & quādō iudex. & l.acta. §. ff. de re iudic. Quero, quid si causa agitata fuerit per procuratorem, constitutum à minore curatorem nō habēte, utrum valeat? dic quod non. l. non eo minus, C. de procurator. & l. licet eodem titulo, hoc voluit dicere gl. in l. neque, super verbo interueniente. C. de procuratorib. in quæstione ibi mota. Nec obstat l. & cum minores. C. si aduersus rem iudicatam, ubi causa agitata per procuratorem constitutum à minore curatorem non habente, valet & tenet, licet ibi beneficio restitutionis in integrum subueniat, quia verbum legitime ibi subiunctum tollit contrarium, ut ibi declaratur per glos. super verbo, legitimè idem dicit gl. in dicta l. neque. super verbo, interueniente. Et si opponatur de l. si curatorem. C. de in integrum restitutioue minorum, ubi contractus celebratus à minore tutorem non habente, valet & tenet, ergo idem in iudicio, vel sententia est dicendum cum in iudiciis quasi contrahatur. l. 3. §. idem scribit. ff. de peculib. quid dicendum? dico secundum omnes, quod non valent acta, licet nulla lex hoc dicat. Ita dicit Accursius glossator in dicta l. cum & minores quam gloss. sequuntur communiter Doctores omnes. Super qua glossa dicit Bartol. quod immo videtur textus in l. acta. §. finali. ff. de re iudicata. pro hoc etiam videtur textus, quem ipse non allegat in dicta l. si præses, in fine, de hac materia vide Bart. in dicta l. cum & minores. & in l. contra pupillum. ff. de re iudicata. Ulterius quæro multæ aliæ exceptiones in iure reperiuntur quæ obstant spoliato, quæ si opponantur & allegentur de iure impediunt reintegrationum possessionis fieri, videlicet infamia publica, 2. quæst. 5. c. presbyter. Item symonia de diuortiis, cap. significasti. & de symonia, ca. accusa. & c. tanta. Item contumacia quæst. 9. c. decernimus. Item scandalum 3. quæstione 6. hoc quippe. & 2. quæstione 1. in primis. Item absentiæ iusta de causa, non malitiosa, de officio delegata. c. consultationib. Item continuata eiectione, 3. quæstione 1. §. finali. & de restitutione spoliatorum, ca. olim. lo. 1. Item in modum exceptionis probata spoliatio, de ordin. cognit. ca. cum dilectus. Item exceptio rei iudicata à qua non est appellatum, 3. q. §. diffinitiua. Item si spoliatus spote renunciaverit iuri suo ante spoliationem, ut in ca. accepta, de resti. spolia. Secus autem si post spoliationem renunciasset, quia tunc non valeret talis renunciatio. Ideo ea non obstante audiretur petere se restitui, ut not in c. 2. de restit. spoliat. quod esse notabile dicit Ioan. de Ferrariis, in tit. forma libelli in causa spoliæ possessionis, in gl. super verbo, ad reintegrandū & restituendum. Item si quis sub conditione possidebat, in c. olim. lo. 1. ad

lo. i.extra, de restit. spolia. Item si ex gratia possidebat, 10. q. 3. quia cognouimus, & de excessi. Prælatorum.ca. cum ad quorundam. Item si à malæ fidei postfædere res peruerterit ad dominum, de ordi cogni.ca. 2. versic. verum. & C. de præscriptio. 30. vel 40. annorum, l. si quis emptionis §. fin autem. Item cum prædo spoliatur, & verus dominus concurrit eodem tempore, in repetitione ff. depositi. l. bona fides. & de restit. spol. c. in litteris, & de hoc punc̄to latius dicam infra, in q. fin. † Item exceptio dominij, quæ est notoria per sententiam præcedentem, vel per confessionem partis, vt not. in ca. solit. extra, de ma. & obe & no. Ang. de Aret. post Raphaelem Cumanum, in l. i. de no. oper. nunc. Item excōmunicatio, extra, de re iud. c. intellectimus & de except. cum inter. Nec obstat ad hoc quod dixi suprà in hac glo. in 1. q. quia ibi fui locutus de excommunicatione quæ concernit personam iudicis, ex quo professus redditur nullus, hic autem loquimur de excommunicatione in personam Actoris, qui de iure repellitur ab agendo, etiam in materia reintegranda possessionis, per dictum c. intellectimus. Item si spoliator obiiciat de eius anteriori spoliatione in modum agendi, vel excipiendi contra actorem. Nam tunc retardatur & differtur reintegratio donec super viroque fuerit cognitum, in c. cum dilectus. & in c. super spoliatione extrâ de ordi. cogni. Itē, quando agens consentit, quod reus de iure proprietatis ipsius rei audiatur, quod fit quando nihil replicatur. in c. i. de restit. spoliat. & not. per Bart. & Ang de Aret. in l. i. §. sed & si is. ff. de no. oper. nunc. † An tales exceptiones vel altera ipsarum, si allegentur per violentum coram iudice debeant admitti: vel si debeat procedi ad reintegratiōnem, ex forma huius statuti si quis, non obstantibus dictis exceptionibus? Credo quod procedi debeat ad reintegratiōnem, & quod per tales exceptiones non debeat reintegratio retardari per illa verba in statuto adiecta, ibi, omni in allegatione cessante, quæ verba aliter de nihilo operarentur, quæ tamen operari debent. ar. in l. si quando. in prin. ff. de le 1. & in c. si Papa. §. 1. de priuil lib. 6. Et facit gl singularis. in c. pen. in glo. fin. de relig. domibus. vbi clausula de rato adiecta in generali mandato quod non, extendit ad casus, in quibus speciale mandatum, exigitur tamen illa clausula, vt de aliquo operetur facit mandatum extendi quod possit Procurator exigere, siue componere absque alio speciali manda-
to. Et potest esse ratio huius dictæ gl. quia per illam clausulam, de rato appetet, de euidenti voluntate domini, quæ voluntas euidentis importat speciale mandatum. l. qui ita. §. iuncta gl. super verbo, euidentis voluntas. ff. ad Treb. & ita etiam ibi tenet de Ligniano. & in l. 3. §. acquirere ff. de bonor possessionib. & quod procedi debeat ad reintegra-
tionem non obstantibus dictis exceptionibus. † Facit etiam ratio, quia in dubio debe-
mus stare verbis statuti quamquam duris. l. prospexerit. ff. qui & à quibus. & in l. i. §. is qui nauem ff de exercitoria. quia statutū potest tollere exceptiones parti de iure competentes. vt tenet Bart. in l. i. §. 1. ff. quod vi aut clam. & ponit Ang. de Aretio. in l. ff. à quibus appellare non licet Bal. & Salyc. & cæteri Doct. in l. ita pudor. C. de adulteriis. & terigi plenè in tractatu meo quem feci super statuto Delphinali, de litteris compulso-
riis & præcisissim concededis, & ita seruat in iudiciis dum intentatur remedium ha-
iuis statuti si quis. Si autem intentaretur per spoliatum remedium iuris communis, vide-
licet interdictis, vnde vi vel remedium de quo in l. si quis in tantam. C. vnde vi, tunc
haberent locum, & possent opponi dictæ exceptiones suprà particulariter declaratae.
13 † Sed an facta reintegratiōne ex forma huius statuti Si quis, poterint per violentum
opponi dictæ exceptiones vel altera ipsarum si causa per appellationem coram su-
periore denoluatur? dic quod sic, vt dicam plenè infra in gl. sequenti, ibi quæro ulterius
iuxta præmissa &c. Quæro etiam si violentus ab alio spolietur, an poterit ipse violen-
tus intentare remedium dicti statuti si quis contra illum qui postea cum spoliavit: vi-
detur quod non: quia beneficium nemini datur ex sua improbitate. l. nec ex dolo. & l.
itaque.

Itaque fullo. ff. de furtis. Sed credo contrarium, quod imo eidem violentio subuenietur contra eum qui postea eum spoliauit remedio huius statuti, quia etiam eidem subueniretur per interdictum vnde vi. l. 1. §. qui vi à me. & l. colonus. ff. de vi & vi arm. & ca. litteris de restit. spoliator. Et hoc verum, ubi spoliatus esset ab extraneo non domino ipsius rei. Secus autem si deiectus fuisset à domino, quo casu quando quis à domino spoliatur si competit sibi interdictum recuperandæ: distingue: an fuerit deiectus in ex intervallo, & tunc ei succurritur ac si fuisset deiectus à quocunque extraeno. Aut fuit deiectus in continenti, & tunc non succurritur sibi, quia vim vi licet in continenti repellere l. 3. §. cum igitur. & d. §. qui vi à me. & l. qui possessionem, ff. de vi & vi arm. & l. C. vnde vi Per quod patet aliud priuilegium acribitum spoliato in odium spoliantis. ¶ Quarto vñterius spoliatus possessione sua, vel quasi agit interdicto vnde vi con- 14
tra Semproniu, qui opponit rem ad spoliatum nō pertinere: sed ad Cayum, qui Cayus assistit Ticio spolianti & opponit, & excipit rem ad se pertinere iure dominij vel qua-
si, utrum isto casu reintegrabitur spoliatus: dic quod non, donec cognitio de iure dicti
Caj. asserti domini in causa interuenti, ita tenere videour. Doct. & Bart. in l. si quis cõ-
ductionis. C. locati. & Hentic. Bohic. in c. cum venisseit. extra de institutio. in vlt. dist.
in fin. facit etiani quod no. Bart. in l. bona fides. ff. depositi. ita etiam sequitur Specul. in
tit. de procuratotio & possessorio. in §. fin. circa princ. Et hoc verum si intentetur interdictis vnde vi, via ordinaria parte vocata secundum iuris cõmunis dispositionem.
Et de hoc etiam tetigi supra in hac gl. in vers. cum prædo spoliatur, &c. Sed si intentetur remedium huius statuti si quis, non admitteretur talis oppositio ex mente dicti
statuti per dicta verba, omni allegatione, &c. causis & rationibus supra deductis & al-
legatis. ¶ Sed si quis conueniat in iudicio via ordinaria super interdicto vnde vi, an 15
ipse violentus contra spoliatum agere poterit negatoria actione vel eum reconveni-
re in negatoria, aut de dominio, vel alio iure excipere ad audiendum reintegrationem:
dic quod non, per cap. super spoliatione. extra de ord. cogni. & in l. si quis ad se fundū.
Cad leg Iul. de vi publ. & ita ibi tenet Bart. nisi pars pateretur de proprietate agi simul
cum possessorio. in cap. 1. de restit. spoliator. & suprà latius dixi in versic. item quando
gens consentit, &c. ¶ Sed quarto si reintegratione facta secundum formam præsen- 16
tis statuti si quis, poterunt præmissa opponi per spoliationem ad impediendum adiu-
dicationem & solutionem expensarum fructuum, damnum & interesse. Et similiter
alii exceptiones de quibus suprà dixi in præsentí gloss. in §. vñterius quarto multæ aliæ
exceptiones, &c. dic quod non, per verba dicti statuti, ibi violentia vero purgata, &c.
Et quz ibi dicam in gloss. Nisi fuerit appellatum vt late dicam infra in gloss. sequenti,
super verbo appellatione cessante. circa princip. in vers. hinc est quod stylus, &c. Imo
plus dico quod etiam facta solutione expensarum & fructuum non audietur violentus
agere volens super dominio, vel alio iure suo. Cum fuerit iure suo priuattus præ-
textu violentiae per eum commissæ, vt de hoc plenè dicam infra in gloss. super verbis
ultra penas. & in gloss. super verbis audietur quæ fuit violentus.

§. Appellatione cessante.

S V M M A R I V M .

¹ De iure à momentanea possessione non appellatur.

² In possessorio quando licet appellare, Iure Civili & Canonico.

³ Ratio cur de Iure ciuili non appetetur à sententia super possessorio, quod non generat præindictum in peccatorio. Vbi de stylo Curia Parlamenti Delphin.

- 4 Index appellationum sequi debet statutum primi Iudicis, non in eius locum succedat. Et quid ex stylo Curie Delphinatus obseruerit: Concedere tamen debet litteras prohibitorias contra partem priuatam, & fiscalem respectu multe 10. marcarum expensarum, &c.
- 5 Si Index à quo attenti auerit declarando dicta decem marcas, vel adiudicando expensas, &c. ante inhibitionem, an debeat renocari per modum attentati. Et quid si conste: Iudici appellationum absque granamine interiectam esse appellationem, vel si appareat appellatio nem esse desertam.
- 6 Index appellationum si assignauerit ad definiendum, an postea poterit appellans petere attentata renocari. Vel si esset datum liberus appellatorius: & lis super eo attentata.
- 7 Index appellationum in materia binum statut: quando a reintegrazione appellatur procedere debet per modum interlocutorie sententiae: & quare. Etiam in materia possessori reintegranda in quo lis necessario est contestanda. Vbi quomodo rem producere debent: qualis appellatio amitti debet scripta vel non scripta.
- 8 Sententia super possessorio reintegranda fata quomodo dicatur diffinitiva.
- 9 An à Notario Curie ad reintegrandam delegato appelletur ad iudicem delegantem. Vbi de appellatione à Vicario vel Officiali. Et eur Prelati, Vicarios constituant. Et de stylo Curie Parlamenti Delphinatus, & de appellatione ab Episcopo in temporalib.
- 10 Quales, quando & quomodo admitti debeant exceptiones per violentum assertum propria à iudi c appellationum.
- 11 Antertius praesendens ius habere in possessione poterit appellare non obstante hoc statuto. Et de hac re stylus Curie Delphin. Et si possidebat causam habens à violento, an poterit intentari remedium huius statuti, contra ipsum tenetum eo non vocato. Et quando incipiunt currere decem dies data ad appellandum, ubi multa de forma appellandi 12. 13. 14.
- 15 Initia qua tempora appellationes terminari debent: & quando incipiunt currere primum fatum.
- 16 Quando & quomodo declarare debet index secundum fatum competere: Vbi quanam fini iusta causa propter quas secundum fatum debet competere. Et quando datur possit terminus annus, per restitutionem in integrum. & 17.
- 18 Quid de fatalibus stylo Curie Delphin, & Constitutione Regis Francie obseruetur, ubi an locum habeant in causa nullitatis. An currant semper prologi super intentiatis, in pre iudicium appellationis: an curialiter contra minores.
- 19 An infra tempora statutorum appellatione dici possit deserta. Vbi que sunt iusta causa propter quas dici quis possit excusatus à prosecutione appellationis.
- 20 An compromissum inter partes factum impedit cursum decem dierum qui datur ad appellandum. Et si fiat compromissum sine praeinitio termini curram faralium. Vbi si omisso medio ad Parlamentum appelletur, an dicatur appellatio deserta.
- 21 Si quis appellavit & non petiit Apostolos an fiat nulla appellatione, & quando non. Vbi, an sententia Iudicis à quo nulla per interposuam appellationem tacite confirmetur.
- 22 Index pronunciauit appellationem desertam, in talis sententia sit interlocutoria. Vbi an sententia à iudice appellationum prolati post desertam appellationem si nulla.
- 23 An sententia à indice prime instantia lata si interlocutoria, & an ab ea scriptis appellari debet, Vbi an curialiter debet pars appellata intra 30. dies.
- 24 An lite contestata super intentiatis, possint ipsa attentata renocari ex officio iudicis.
- 25 Pauperias excusat ab appellatione in scriptis: ubi alia de quibus excusat inopia: & an allegans impedimenta per eius iuramentum probet.
- 26 Filius an possit appellare pro patre sine mandaio: An à sententia Parlamenti appelletur.
- 27 Qualiter in causa appellationis fiat condemnatio expensarum: Vbi index appellationum cognoscit, si appellatio sit recipienda, an interim pendente dicta cognitione debet exhiberi: An appellatio possit interponi coram notario, & quando.

- 28 An à iudice ad quem fuit recursum ad bonum virum si pronunciet bene vel male fuisse arbitratum, possit appellari: Qui vel si ratificare appellationem suo nomine per alium factam an ratificanda intra decem dies datus ad appellandum: An princeps possit appellationem deservam admittere: An in causa appellationis detur reconuentio an pensatio.
- 29 Si quis per Castellum aut loci indicem constitutus in Arresto, appellat & ad superiorum configerit causa prosequendi dictam appellationem an dicatur regis arrestum. An miseria in possessionem beneficio legis editio. C. de edit. D. Adria. toll. &c. dicantur interlocutorie: An possit ab ea missione in possessionem appellari. Denique si ex consensu parium post decem dies appelletur dicatur deservia appellatione.
- 30 In executione reintegrationis recuperanda, an terius potest se in petitorio opponere & reintegrationem impedire & quid ex stylo Curiae servetur in materia statuti si quis, & an in ceteris casibus per statutum tolli posse secunda appellatio qua denovetur ad superiorum. Et an statutum possit tollere appellationem in causa criminali.
- 31 Si a reintegratione appelletur simpliciter, an index appellationis poterit cognoscere de nullitate reintegrationis, si a parte appellante opponatur.
- 32 An index appellationum sequi debeat statuta iudicis à quo: Cuius effectus sit appellatio facta extra iudicium.
- 33 Appellationis extrajudicialis effectus.
- 34 Quomodo ab arresto Castellani per appellationem ad superiorum configens non debeat inquisiri pro rupio arresto. Vbi quomodo differant appellare & pronocare.
- 35 Differentia appellationis judicialis & extrajudicialis.
- 36 Si appelletur a sententia & efficiatur deservia appellatio, an index ad quem poterit cognoscere de nullitate sententiae: Vbi de diversis modis agendi de nullitate & appellatione ignoramus sublati non tollitur aliud.
- 37 Interest virum loquens incipiat exprimere sensa mentis per dictiones significantes numerum, an à nominibus designatis certam speciem, &c.
- 38 Quomodo quis evitetur poenam male appellantis de qua in l. si clericus, & quomodo haec lex stylo Delphin. servetur.
- 39 Appellans non debet inferre iniuriam in sua appellatione in scriptis iudicis à quo. Vbi an sententia nulla defectu procuratoris poterit ratificari. Et ita servatum est in Curia Delphin.
- 40 Differentia tutoris & procuratoris in gerendis negotiis. Vbi quid requiratur ut interrogat negotia. Et an tacite ratificari possit sententia a falso procuratore gesta.
- 41 An facta reintegrazione violenius admittatur ad dicendum rationes cur expensa, datum, &c. & decem marcarum summa fisco non sint adjudicanda. Vbi, Quomodo huius statuti verba intelligantur.
- 42 Reintegrationis non potest per eundem indicem renocari, & si coram eo probetur iniquitas.

Ile videtur huiusmodi statutum per haec verba prohibere ne à reintegratione expulsi appelletur. Quod disponere potuit hoc statutum argumento in l. i. s. interdum. s. a quibus appellare non licet & faciunt notitia per gl. in c. super q. extra de of. del. sed videtur quod huiusmodi statutum superflue disponat, quoniam etiam de iure civili à tali momentanea possessione, de qua in hoc statuto fit mentio non appellatur. l. i. C. si de mo. poss. fuerit appellatum. † Quæ lex intelligitur de quolibet possessorio nisi per illud possessoriū generaretur præiudicium in petitorio, quia tunc posset appellari ut quando agitur conditione ex lege si quis in tantam. C. vnde vi. & ista est communis sententia glo. ac de Butt. Batt. Bald. &c. alycer. & Cynan dicta. quoniam glo. aliud sentire videatur in c. cum ad sedem, extra de restis. pol. Sed limitatur illa glo. quando intentatur

conditio ex dicto l. si quis in tantam vel aliud possessorium: vbi tangitur petitorum secundum Cyn. in dicta l. r. & Henric. Bohic. in dicto c. cum ad sedem. Nam vbi cunq; in possessorio est necesse deducere petitorum sicut in itinere actuque priuato. & in interdictis quæ de locis sacris vel religiosis inferuntur, quæ quasi proprietatis causam continent, veluti de mortuo inferendo, sepulchro ædificando: & sic de aliis de quibus habetur in l. 2. in prin. & in §. quidem iuncta. l. 3. §. ait prætor. & §. fieri antem potest. ff. de iti. actuque priuata. Nam si quis habere prætendat seruitutem eundi & accedendi per iter priuatum, prætor vetat vim fieri quo minus, ita utratur vt vslus fuit. nec inquirit prætor utrum habuerit iure seruitutem interpositam vel ne, sed an illo anno vslus fuerit. Sed si voluerit reficere dictum iter hoc sibi non licebit, nisi ostendat se habere ius seruitutis, vt dicto §. fieri autem unde quando est mixtum possessorium non habet locum dict. l. 1. si de mo. pos. fuerit appellatum. & ita ibi Cy. quem sequitur Host. in dict. c. cum ad sedem. & Bal. idem videtur sentire. in dicta l. 1. dum ibi dicit, & maximè in possess. beneficij: quia ibi oportet allegare tit. vt in c. 1. de re. iur. li. 6. Iure autem canonico potest etiam à tali possessorio appellari per dictum c. ad sedem. & in ca. significauerunt de test. & in Clem. i. de sequestri po. & ista est communis opinio Canonistarum gl. Inn. Host. & Io. And. in addit. Spec. in ti. de app. & plenè per Joan. de Ferrar. in tit. libellus in causa spoliatae posses. in gl. super verbis per vestram diffinitiuam sententiam.

3. † Sed quæ est ratio, quare de iure ciuili non appellatur à sententia super tali possessorio lata. Henr. Boh. dicit, quia iura nolunt, quod lites protrahantur, sed abbrevientur. Bal. verò dicit ne partes veniant ad arma. Bart. vero tradit alia rationem, & dicit quod lex non appetetur, non possit sed quod non obstante appellatione sententia super tali possessorio lata exequatur. Alia ratio potest assignari, quia ista sunt modici præiudicij cum postea omnia plenius tractari poterunt in causa petitoria quam post se expectat. Sed credo quod oratio Bart. verior existat, quia magis propinquia textui. quia dicta l. 1. verbo si de mo. pos. fuerit app. non dicit quod non appetetur, licet disponat quod non obstante appellatione sententia in posses. lata exequatur: hinc est quod stylus Curiarum præsentis patriæ Delphin. sumpsit exordium quod si intentetur remedium huic statuti si quis & appetetur à reintegratione possessionis iudex à quo non debet retardare executionem suæ reintegrationis prætextu talis appellationis. Sed mandare debet reintegrationem fiendam executioni per dictam l. primam. C. si de mo. pos. fuerit app. Et bene facit pro dicto stylo quod dicit Bar. in l. 2. ibi ultimo queritur. C. de episc. audienc. vbi dicit quod appellatio in possessorio procedit sed non impedit executionem.

4. Idem etiam dicit ipse Bart. in d. l. 2. ff. de app. recipiendis in terra col. † Verumtamen si iudex appellationis cognoverit per iudicem à quo male vel nulliter fuisse processum ex causis quas declarauit supra in glo. super verbo omni allegatione, & declarabo infra in glo. super verbo audietur. reuocabit reintegrationem: quia ipse iudex appellationum sequi debet statutum primi iudicis. cum in eius locum succedat l. pen. ff. iudic. solui. & ita seruat stylus Curiarum præsentis patriæ Delph. & propterea iudex ad quem appellatur in materia huic statuti si quis, non debet impedire executionem talis reintegrationis, per d. l. 1. C. si de mo. po. fuerit app. iunctis his quæ dicit Bart. in d. l. 2. C. de Epis. audi. Et ita etiam seruat stylus Curiarum, debet tamen concedere iudex appellationum ad quem litteras inhibitorias contra partem priuatam & fiscalem respectu dicte mulæ decem marcarum argenti adiudicatae vel adiudicandæ parti fiscalis, & expensarum damnorum & iurecœ adiudicatarum vel adiudicandarum parti priuatae, & ita seruat stylus Curiarum: & si quæ circa haec fuerint attentata post inhibitionem reuocabuntur per modum attentati iuxta c. non solum de app. lib. 6. quia appellatio præcludit viam appellandi non solum in acto contentioso: sed etiam in voluntario gl.

in l. 1.

In l. i. C. de bo. pos. secundum tabul. Sed si iudex à quo attentauerit declarando dictas decem marcas, vel adiudicando expensas, damna & interesse ante inhibitionem: an debeat talia per modum attentati reuocari? credo quod non: quia quando emititur appellatio ab interlocutoria attentata ante inhibitionem: non reuocantur per modum attentati in cap. non solum in fin. de appell. lib. 6. Sed reintegratio facta ex forma huius statuti si quis dicitur interlocutoria cum etiam sententia super momentanea possessio- ne lata dicatur interlocutoria. vt dicit Bart. in l. 2. ff. de appell. recipiendis. Ideo de iure est à tali sententia super momentanea lata in scriptis appellandum, & causa in appelle- latione inserenda, vt dicam infra in hac gl. ibi. sed qualiter procedat iudex appellatio- num, &c. Sed pone quod iudici appellacionum constet appellationem esse iniustum, & absque gravamine interiectam: quia reintegratio ex forma huius statuti ritè & rectè facta extitit: an debeat hoc casu attentata reuocari? credo quod non, pro quo facit quod notabiliter ponit Inno. in c. pastoralis, super verb o suspendatur, ibi, sed si non est dubium: sed certum appellationem iniustum exequetur sententia iudicis, &c. extra de offi. deleg. ita etiam not. in l. vna. ff. nil no. app. pendit. in gl. quodd si patenter appareat, &c. quam ibi sequitur Bart. Idem etiam voluit Ioan. Mo. in c. cupientes. §. pen. de elect. lib. 6. vbi dicit quodd quando constat appellationem nullam vel iniustum non reuocantur attentata. Sed quid si appareat appellationem desertam: an debeat attentata reuocari? domini de Rota per regulam dolo peti, &c. & per l. i. is à quo. ff. vt in posses- legatorum hodie constat, hodie agatur, extrà de re iudi. cum olim & de resti spo. c. lit- teras. + Sed pone iudex appellacionum assignauit ad diffiniendum: an postea poterit 6 appellans petere attentata reuocari? Credo quod non, per ea quæ ponit Spec. in tit. de appell. §. pen. versi. sed pone perij, &c. quem sequitur Archi. in d. c. non solum ibi, & no. quodd si est facta petitio qua petitur sententiam tanquam iniustum reuocari, &c. quia cum appellans elegerit viam ordinariam petendo cognosci de negotio principali non potest postea recurrere ad viam extraordinariam, nec debet eo casu aliquid reuocari ex officio iudicis donec de meritis causæ principalis fuerit cognitum ita volunt Spec. & Archid. vbi suprà in locis p्रæalleg. & valde obstat, quando est assignatum ad diffi- niendum & conclusum in causa: quia tunc non debet pars audiiri in cap. cum dilectus. in prin. extrà de fide instrum. Et idem dicendum esset, si esset datus libellus appellato- riis: & lis super eodem contestata, quia post lit. contest. non debent attentata reuocari per modum attentati: quia quæ de nouo emergunt, &c. De hac materia attentatorum tangam etiam infra in hac glos. + Sed qualiter proceder iudex appellacionum in ma- teria huius statuti si quis, quando à reintegrazione appellatur: dic quod deber procede- 7 teat plurimum de stylo Curiarum ad modum interlocutoriæ sententiaz. Quia lis cō- testabitur, licet alias de iure in causa appellationis debeat lis contestari per l. primam. Cne liceat. in vna eadēque causa tertio prouo. & no. Bar. in l. cuin antiquioribus. §. illud. C. de tempo. appell. Etiam in materia possessorij reintegrandæ in quo possessorio lis necessario est contestanda, vt no. in ca. consultationibus, extrà de offi. deleg. & ple- ne per Bar. in l. naturaliter. §. nihil. ff. de acq. poss. Ibi tertio quæro, &c. Et produceret reus appellans ad instar interlocutoriæ de stylo Curiarum acta principalia coram ju- dice appellationum, licet de iure actor originarius ea debeat producere, vt scripti in Decisionibus Curiæ Parlamenti, quæstione 20. Item etiam de stylo in materia huius statuti si quis, admittitur appellatio indifferentur viua voce facta vel in scriptis, licet à sententia super huiusmodi possessorio lata deberet de iure appellari in scriptis secun- dum Bar. in l. 2. ff. de app. reci. Io. And. & Innoc. in c. pastoralis. de offic. dele. & causa in appellatione inseri, vt videtur sentire Inno. in dict. cap. pastoralis, vt refert Bart. in di- tal. l. ff. de app. recipiend. Quia vt ibi dicit ipse Bar. sententia super tali momentanea

8 interlocutoria. & sic appellandum est in scriptis iuxta c. cordi de appell.lib.6. † Licit Ioan. de Ferratiis dicat quod sententia super possessorio reintegranda lata dicatur diffinitiuam in tit.libellus. in causa spoliatae possessionis super verbis per vestram diffinitiuam sententiam. Sed potest saluari eius dictum: quia licet possit dici diffinitiuam cum definiat negotium possessorij, quando videlicet fertur super possessorio via ordinaria intentato. Sed secus quādo proceditur via extraordinaria huius statuti, cum in ea proceditur in multis ad instar interlocutoriæ, ut dicit Bart. in d.l.2. de app.recipien. do. Panorm. plenè tractat hanc materiam in ca.fin. de iudic. & ibi videtur concludere quod vbi possessorium intentatur iure actionis seruari debet ordo iuris, videlicet lis contentari: & tunc dicitur diffinitiuam, sed in casu huius statuti in quo non seruat ordo iuris crederem sententiam esse interlocutoriam per ea quæ ibi dicit Panorm. & de hoc
 9 etiam scripsi in tercia parte Consiliorum meorum, Conf. 2371 † Sed index commiserit, seu delegauerit reintegrationem possessionis Notario Curiæ sua, ut plurimum facere consueuerunt iudices, & appetetur à reintegratione: ad quem appellabitur, an ad ipsum iudicem delegantem vel ad superiorem? & videtur quād ad ipsum delegantem, per l.præcipimus. §. hoc si appellatio. C.de app. Hinc est quod dicitur Canonistæ, quod si Episcopus committat causam, quād appellari debet ad ipsum Episcopum, & non ad Metropolitanum, secundum Ioan. Mo. in cap. Romana. de appell.lib.6. Quod secus est in sententia Vicarij, Officialis Episcopi, à qua non appellatur ad eum qui eum constituit Vicarium vel Officiale, per tex. in d. cap. Romana. in princ. quia idem est tribunal. vt ibi dicit text. Sed ad eum ad quem appellaretur, si vt index ordinarius sententias sit, vt probatur in l.1. § ab eo ff. qui & à quibus appetetur. Qui §. licet sit satis difficultis: ita debet intelligi secundum Doct. & probatur in d.l. præcipimus. vers. sed si à proconsulibus: ibi vel vicariis, &c. Sed quare Episcopi & ceteri prælati constituant Vicarios, vide Inno. in c. Apostolicae. de sent. & re iudi. Sed circa hæc est aduertendum, quia de stylo Curiarum præsentis patriæ Delph. seruatur, quod non appellatur ad iudicem delegantem, immo appellatur & appellari consuevit ad superiorem, videlicet iudicem appellationum. Qui stylus & consuetudo in hoc potuerunt iuri derogare iuxta l.maiore maiorum. ff. de iuri. om. iud. & l. si quando. in fin. C. de iniuriis. & in §. fin. inst. de satisfactioni. & credo quod ille stylus est conformis iuri communii, qui delegantis, & delegati est idem tribunal, & factum vnius est factum alterius. l. fin. C. vbi & apud quem, quia delegatus fungitur vice delegantis. Bart. in l. plebiscito ff. de off. præsidis. & nihil proprium habet delegatus, sed eius qui mādauit vtitur iurisdictione. l. 1. §. & qui mandatam. ff. de offi. eius cui man. est iuri. ideo non debet appellari ad delegantem, sed ad superiorem. c. Romana. de ap. lib.6. Sed quero si appetetur ab Episcopo in temporalibus: an appellabitur ad Archiepiscopum? dic quād sic: pro quo text. in c. Romana. de app. lib.6. & tenet Spec. in tit. de appellationi. §. nunc tractemus, vers illud autem Bart. tamen in l. penult. C. de app. dicit quod debet appellari ad eum à quo habet fe
 10 dum: sed credo dictum Bart. esse verum vbi de causa feudi ageretur. † Quero yterius iuxta præmissa nunquid assertus violentus contra quem est facta reintegratio poterit opponere & probare de suis iuribus coram iudice appellationum, videlicet exceptions de quibus supra tetigi, in glo. super verbo testes, & super verbo omni allegatione. & tangam infra seper verbo audiatur. & alias suas validas exceptions si quas habeat, videtur quod non, cum si iudex appellationum debet procedere in hac materia ad instar interlocutoriæ ut supra dixi, non debent noua proposita admitti iuxta Clem. appellanti, de ap. Nec habeat locum in appellatione ab interlocutoriâ illa regula non probatum probabo, iuxta no. per Barto. in l. ait prætor. §. 1. ff. de minoribus. & probatur in d. Clem. appellanti. Sed circa hoc dico, quād licet iudex appellationum in materia dicti

didi statuti *Si quis*, debeat de stylo procedere ad instar interlocutoriae, hoc verum respectu omissionis lit. contestationis & productionis actorum principalium, ut sopra declarauit. Tamen in aliis procedere debet iudex appellationum ad instar appellatio- nis emissae à diffinitiuā sententia, & noua proposita admittere, & super eisdem & aliis hinc inde propositis testes examinare, & instrumenta producenda recipere, ita seruat stylus Curiarum in materia huīus statuti *Si quis*, in causis appellationum. Nisi partes didisterint testificata coram iudice à quo, quo casu non admitterentur partes ad probandum per testes super similibus articulis, aut de directo contrariis, iuxta Clem. fin. detesti, quæ Clem. seruatur, etiam in foro temporali, ut scripsi in Decisionibus Curiae Parlamenti, quæstione 13. Nisi esset minor 25 annis, cui subueniretur per viam restitu- tionis in integrum: etiam post publicationem testium, ut voluit glo. in liminot 25. an- nis ff. de minoribus, vel nisi attestations testimoniū fuissent nulliter sumptaz, vel testes ibi examinati fidem non facerent, quia excommunicati aut alias ut dixi supra in gl. su- per verbo testes ibi sed quæro de quæstione. Et si iudex appellationum per agitata co- tam eo reperiatur per iudicem à quo inique aut nulliter fuisse processum reuocabit vocabit reintegrationem, & alia gesta inde secuta alias conformabit: & de hac materia procedendi in causa appellationis ex forma huius statuti *si quis*, etiam scripsi in dictis Decisionibus, q. 37. De modo autem procedendi in materia dicti statuti coram iudice prima instantiæ, plenè dixi supra in glossis super verbis, per decem dies, & super ver- bis, omni allegatione, & super verbis, etiam absque violenti euocatione. Quis cognoscet de nullitate processus reintegrationis, si iudex à quo nulliter processerit, si causa nullitatis poterit agi coram eodem iudice, vel superiore debeat necessario tractari. Vi- de quæ dixi supra in glossa super verbo omni allegatione, circa principiū ibi, sed quæro coram quo tractabantur, &c. Sed quia hoc statutum prohibet appellari, an poterit saltem de nullitate opponi: dixi supra in glossa super verbo omni allegatione, circa principiū & posuit Ioannes de Ferrariis, in tit. de forma executionis sententiæ, in gl. i. ¶ Quæro, hoc statutum prohibet appellari à reintegratione, an per hoc tertius præ- tendens ius habere in possessione poterit appellare, non obstante huiusmodi statuto? dic quod sic, quia hoc statutum non loquitur, nisi de violento: ideo alius ius habere prætendens non prohibetur appellare, secundum nota. per Bart. in ca. p. & g. extra, de offi. deleg. quem sequitur Angel. de Aretio in l. 1. s. interdum ff. à quibus ap. non licet. licet Raphael Cumanius tenuerit contrarium, ut ibi refert ipse de Aretio. Sed opinio Raphaelis confunditur per c. super eo extra, de offi. deleg. quia licet à sententia iudicis dati cum illa clausula appellatione remota non possit appellare nominatus in tali re- scripto, tamen tertius ius habere prætendens poterit appellare ut ibi. Sed quicquid sit de iure de stylo tamen Curiarum præsentis patriæ Delphin. appellatio etiam à tertio interposita non impedit reintegrationem fieri ex mente etiam statuti. Poterit tamen ipse tertius ius habere prætendens prosequi appellationem suam coram indice appella- tionum, ad quem auditis partibus iustitiam ministrabit & cognoscet si bene vel ma- le fuerit per iudicem à quo processum. Sed pone quod tertius non appellat. Sed se op- ponit executioni reintegrationis an erit audiendus dicam infra proxime, in quæstione quæ incipit, quæro si in executione, &c. ¶ Sed quid si tertius possidebat causam ha- bens à violento, an poterit intentari remedium huius statuti *si quis*, contra ipsum ter- tium ipso non vocato, dicam infra, in glo. super verbo, clandestinæ. in quæstione quæ incipit, vltius quæro, aliquis, &c. Sed quando in materia huīus statuti, *Si quis*, incipi- ent currere decē dies qui dantur ad appellandū dic quod, non à die reintegrationis, sed à die scientiæ, nisi violentus, vel enīus intererat fuisse presens in reintegratione, quia eo casu à die reintegrationis computarentur dicti decē dies, & hoc probatur in Auth.

Auth. hodie. C. de app. & ibi gl. Cyn. & Doct. Sed quid si procurator meus fuerit praesens in sententia ibi per me missus, ut compareret pro me, qui tamen procurator non appellavit, an potero appellare infra decem dies à tempore notitiae? dic quod non, nisi procurator meus esset pauper, vel collusisset cum aduersatio meo: tunc enim possem appellare à die notitiae, infra decem dies, iuxta ea quæ leguntur & notantur per gloss. Bart. & Doct. in l. 1. §. fin. ff. quando appellandum sit. Idem fortè dicit ibi Bartol. si euidenter appareat ex eisdem aëtis, quod procurator debuit appellare & non appellavit, & sic euidenter delinquit, & tunc etiam audiretur dominus appellans etiam post decem dies, & de hoc vide per Cyn. in d. Auth. hodie. C. de app. & per Petr. Iac. in tit. de constituta pecunia libellus. Sed an procurator qui appellavit teneatur prosequi appellationem, vide plenè per Bart. in l. cum procurator. ff. de noui operis nunciatione. Et ibi tractat ipse Bart. multa singularia in materia appellationis. Et si appelletur viua voce, & postea in scriptis, quæ appellatio debeat prosequi, vide ibi Bart. Sed si procurator fuerit verus contumax, an dominus poterit appellare? dic quod sic, nisi dominus fuerit sciens & negligens, secundum Inno. in c. 1. vt lite non coni est. & ponit Bart. in l.

¹³ si procurator. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit. † Sed si ego appello à reintegrazione, & aliquis se ius habere prætendens velit appellationi meæ adhærere infra quod tempus debeat adhærere? dic quod infra decem dies qui dantur ad appellandum: postea verò non audiretur, vt plenè per Archid. in c. vt circa, in glo. super verbo, adhærentes, de elect. lib. 6. & tetigi plenè in tractatu meo, de appellationibus, in q. 75. iuxta hanc materiam quæro, fui impeditus appellare infra decem dies, & sic antequam possim appellare, oportet quod ego obtineam restitutionem in integrum aduersus omissionem appellationis, vt plenè per Petr. Iac. in tit. de constituta pecunia libellus.

¹⁴ [†] Modo quæro quando incipient currere dicti decem dies qui dantur ad appellandum? dic quod à die sententiae latæ super restitutione in integrum, vt dicit Petr. Iac. vbi supra. vbi tractat materiam appellationum. Et idem dicit ipse in triginta diebus qui dantur à iure ad petendum Apostolos. Qui tamen triginta dies sunt hodie per statuta Delphi. reducti ad quindecim dies. Sed an dicti decem dies qui dantur ad appellandum currant nullitate sententiae opposita? dic quod sic, secundum Barr. in l. si expressum. ff. de appellationibus. & Iac. de Butrio in l. 1. C. quando prouo. non est necesse. † Sed iuxta hanc materiam appellationum. Quæro quia iura statuerunt primum & secundum fatale infra quæ fatalia causa appellationis debeat terminari in Auth. ei qui appellat. C. de tempo. appell. & in c. cum sit Romana, de app. quando inciperet currere primum fatale, an à tempore sententiae, vel à tempore appellationis? dic quod à tempore appellationis secundum lo. And. in c. ex ratione extra, de app. quod probatur in Clem. sicut eo. tit. idem dicit Petr. Iac. in tit. forma libelli, super nullitate sententiae, in §. nunc est notandum: qui titulus est post titulum de constituta pecunia. Et hoc verum credrem quod tempus currat à die appellationis, nisi iudex à quo statuisset tempus ad ipsam appellationem introducendam coram iudice ad quem, quo casu primum fatale currit à die introductionis factæ coram iudice ad quem, vt tenet Spe. in tit. de app. §. qualiter autem. vers. secundò debet esse cautus, &c. Et ita seruant iudices in hac patria Delp. de stylo Curiarum. Et si appellans fuerit impeditus in illo primo anno finire causam appellationis datur ei alias annus, vt in d. Auth. ei qui appellat. † Et datur à lege ex iusta causa index, ergo non dat secundum annum, sed causa impedimenti iudicii probata, declarat iudex ipsum secundum fatale appellanti competere. Et ex hoc appareret quod iudex non potest infra primum annum declarare, secundum fatale competere, quia nondum est datus à lege, quod enim non est, declarari non potest, arg. ff. de rupio test. l. nam & si. §. post defectum. item quia tractus futuri temporis non spectat ad iudicem

ut iuribus vulgatis. Sed finito illo primo anno appellans debebit probare causam impedimenti, qua probata si iuste sit iudex declarabit secundum fatale à lege datum competere, ista sunt verba Petr. Iacob. vbi suprà. Sed quæ sunt iustæ causæ, propter quas secundum fatale debeat decerni, ibi declarat Petr. Iacob. & tangam infra, in qua st. quæ incipit, Ulterius quæ sunt iustæ causæ, &c. Et non sunt nisi duo fatales termini, scilicet primus annus, & secundus annus: nec lex dedit ulterius aliud tempus ad causam appellationis finiendam, fortè ne lites essent immortales. Ac tamen si appellans fuerit impeditus in secundo anno, ipse poterit habere tertium annum per restitutionem in integrum, nō à lege, sed officio iudicis ex clausula generali, si qui ex iusta causa, &c. ut ff. ex quibus causis maiores. l. i. in fin. & not. in d. auth. ei qui appellat. Nec tunc tertius annus competit, nisi in integrum restit. obtenta, quia quando ad agendum, vel excipiendum datur restitutio in integrum actio vel exceptio non habet locum, nec efficit, nisi in integrum restitutione obtenta. ff. ex quib. cauf. maior. l. nec non. §. exemplo. & de iure iur. l. nam postea. §. si minor. ita dicit Petr. Iacob. vbi suprà. Item quia 17 primum fatale est unus annus integer, & secundus annus est annus integer, ideo, si appellans fuerit impeditus in secundo anno solum per unam diem, sic quod causa nō potuit finiri, debebit sibi dari tertius annus integer per restit. in integrum. Et sic de aliis annis ita videtur notari in d. auth. ei qui appellat. ibi, dum dicit gloss. Et ita primus & secundus annus dantur à lege, & alij per restitutionem, ex illa gl. multi credunt prædicta fore vera, scilicet quod tertius annus debeat semper dati integer per restitutionem in integrum, & fortè non male, si in aliquo text. legis iacerent illa verba, in d. glo. posita, non sunt in aliqua lege: est ergo dicendum, quod appellanti datur primus annus integer ad causam finiendam: & si iusto impedimento interueniente causa non fuerit finita, etiam si impedimentum fuerit unius diei datur ei à lege secundus annus integer, ut dicunt Petr. Iacob. vbi suprà: & Innoc. in cap. si duobus. extra, de appellat. circa fin. ibi, & videtur quod si tantum per unam diem, &c. & si tunc in secundo anno non fuerit finita causa, siue appellans habuerit iustum causam impedimenti siue non, lex non dat ei ulterius aliud tempus, sed appellatio est deserta, & sententia à qua fuit appellatum, debet mandati executioni, ne lites sint immortales, tamen de æquitate prætoria restituitur in integrum solum ad tantum tempus per quantum probatum fuit ipsum appellantem habuisse iustum immedicatum, ut dicit Innoc. in d. c. si duobus. & Petr. Iacob. vbi suprà & sic si læsio anni integrum sit unus annus integer, restituitur ei qui poterit dici annus tertius, & sic poterit intelligi illa gl. in d. auth. ei qui appellat. sed si læsio fuerit tantum de una die, vel de uno mense dicti secundi anni, tunc una sola dies, vel unus solus mensis restituetur ei, ut ff. ex quibus causis maiores. l. sed & si. §. sed cum forte. & §. quotiens. ita dicit & tenet Petr. Iacob. vbi suprà. idem etiam tenet Innoc. in d. cap. si duobus. de appellatio. circa fin. ibi, & videtur quod si tantum per unam diem, &c. & si fuerit negligens appellans in petenda dicta in integrum restitutione cum ingressus fuerit tertium annum, tunc tempus negligentiae compensabitur sibi cum tempore læsionis pro rata temporis. ff. ex quib. cauf. maior. l. ab hostibus. §. sed cum simpli- citer. ita dicit Petr. Iacob. vbi suprà & secundum Petr. Iacob. vbi suprà. multi deficiunt circa præmissa credentes, quod postquam conclusum est in causa, & petitum diffiniri, & sententiæ ferri, quod propter hoc se posuerunt in toto, & quod fatales termini non currant. Nec sit curandum an postea iustum impedimentum interueniet, vel ne, sed non est hoc verum dicit ipse Petr. Iac. quia causa tunc non est diffinita, ideo erit querendum an iustum habuerit impedimentum, quare non fuit post conclusionem lata sententia. Contrarium tamen videtur velle Bart. in l. i. §. biduum. ibi, ultimo no. ff. quando appellandum sit. dum dicit fatalia non currunt, quando stat per iudicem, sed per iu-

dicem stat, quod causa non diffinitur post assignationem ad diffiniendum igitur, &c. Et ita seruat stylus Curiarum inferiorum praesentis patriæ Delphin, quod appellatio non deferritur, ex quo partibus potentibus est per iudicem assignatum ad diffiniendum. Sed in Curia Parlamenti Delphin, appellationes deferuntur, etiam si in causis fuerit conclusum & assignatum ad diffiniendum, nisi anno quolibet saltem semel in anno peratur in eisdem causis diffiniri, & hoc vigore statuti per dominum nostrum Ludovicum regem Francie, tunc Delphin, die secundo mensis Maij 1449. editi. Sed iuxta premissa quæro quid si appelleretur ad dictum Parlamentum, an dicta fatalia in dicto Parlamento currant, sicut in aliis Curiis inferioribus? videtur quod non, cum dicatur consistibrium Principis, & sic non videntur locum habere fatalia, ut in auth. de appell. & infra: quæ tempora. §. ad hæc collat. 4. & ita semper vidi seruari in d. Curia Parl. donec ad dictum annum quadragesimum nonum, & diem secundum mensis Maij, qua die etiam statuit & ordinavit idem dominus noster Rex Delphin quod fatalia seruentur, & locum habeant etiam in d. Curia Parl. & ita ibi de praesenti seruatur: de hoc etiam scripti in Decisionib. dictæ Curie Parlamenti, q. 135. Sed an fatales termini locum habeant in causa nullitatis? dic quod non: pro quo vide glos. & Bart in l. si expres. ff. de appell. Ulterius iuxta hoc quæro si dicta fatalia currant tempore quo agitur super attentatis in præiudicium appellationis? domini de Rota dicunt quod non currunt fatalia illo tempore, quia c. non solum de appell. lib. 6. dicit quod ante omnia audiatur appellans super revocatione attentatorum. Ulterius quæro, an dicta tempora fatalium currant contra minores, vide quæ leguntur & notantur in l. si preses. C. quomodo & quando Index. Et quæ prescriptiones currant contra minores, vide quæ plene dixi in Decisionib. Parlamenti q. 31. & q. 435. † Ulterius quia per statuta Delphin.

- ¹⁹ statuantur tempora ad introducendum appellationes coram Iudicibus appellationum. Quæro si infra ipsa tempora statutorum, aut infra tempus à Iudice à quo statutum non introducatur appellatio, dici possit appellatio deserta? dic quod sic, secundum Innoc. in c. personas, de appell. & tetigi in Decisionib. Parlamenti, quæst. 3: 6. Nec potest Iudex terminum per eum præfixum, etiam infra terminum prorogare, secundum Innoc. in d. c. personas, in fin. de appell. Ulterius quæro quæ sunt iusta cause, ex quibus quis dici possit excusatus à prosecutione sua appellationis? dic primo, quod partes se ponat in compromisso, in auth. si tamen. C. de tempor. appell. Secundo si nuncius appellantis fuerit in via impeditus, in c. significante, extra de pign. Tertio si Procurator appellationis colluserit cum aduersario, & impetraverit, Iudices suspectos in c. significante, de appell. Quarto quando constat de impotentia, ut quia pauper, in c. ex ratione extra, de appell. Quinto si per cauillationes aduersarij causa est ultra biennium protelata, arg. in l. contra minores. C. de inoffic. testam. & in l. fi §. illud. C. de temp. app. Sexto si nuncius in Curia non potuit cito expediri, in c. ex litteris. extra, de restit. in integ. de quib. & de multis aliis impedimentis tangit plenè Petr. Iac. in tit. forma libelli, super nullitate sententiae: qui titulus est statim post titulum de constituta pecunia, & Specul. in tit. de appell. §. nunc breviter. & prudenter faceret appellans, si protestaretur de impedimentis coram Iudice, ut ponit Innoc. in d. c. ex ratione de appell. Sicut videmus in materia attentorum, quod debet protestari vel appellari, si quid noui attetur, ut ponit Ioan. Monach. in c. cupientes. §. quod si per viginti dies, de elect. lib. 6. & Innoc. in d. c. ex ratione. † Iuxta hæc quæro, an compromissum inter partes factum impedit cursum decem dierum qui dantur ad appelandum? vide quid iudicatum fuit in d. Curia Parlamenti Delphin prout scripti in dictis Decisionib. q. 115. Et si fiat compromissum sine prefinitione termini, an currant tempora fatalium, vide quæ scripti in dictis Decisionibus, q. 240. Ulterius statuta Delphinalia disponunt, quod omisso medio non appelletur

letut ad domin. Gubernatorem, seu Parlamentum. Sed si appelletur ad Parlamentum, omissio medio, & ibi introducatur, an dici poterit appellatio deserta? dic quod aut per errorem appellatur ad maiorem omissio medio, & tunc appellatio non est deserta, sed debet causa ipsa remitti Iudicis mediato, per l. imperatores, in prin. ff. de ap. Si autem appelletur per errorem, omissio medio ad minorem, tunc appellatio est deserta, vt ff. de ap. l. §. pen. ita dicit Petr. Iac. de constituta pecunia libellus, in ver. item recte dicitur ad dominum Locumtenentem, &c. ¶ Ulterius querendo, aliquis appellavit, & non petit apostolos, an valeat appellatio? dic quod non, sed est nulla, in Clem. quamvis rigor de ap. Nisi esset aliquis rusticus qui nesciret petere, quia non omnes sciunt petere apostolos arg. in l. quotiens. C. fam. ereis. Et ita vidi saepe tollerari in d. Curia Parl. quando propter simplicitatem appellatum omittuntur petitiones. Sed pone quod sententia Iudicis à quo est nulla, an per appellationem interpositam saltem confirmata, tacite videatur, distingue: quia aut sententia est nulla defectu consensus, quia falsus Procurator egit, & tunc confirmatur, iuxta ea quae dicit gl. in l. 2. C. si ex falsis instrum. & in l. 1. C quando prouoc. non est necesse. & videtur gl. in l. licet. C. de procu. in fin. gl. sed quod supra dixi, quod per appellationem confirmatur sententia nulla quando nullitas procedit defectu consensus, putat procuratorij: hoc verum puto, nisi appellans in sua appellatione protestetur de nullitate sententiae, & dicat se velle prosequi nullitatem cum iniquitate ipsius sententiae, quia tunc non validaretur sententia per tex. cum gl. in l. si quis procuratorem super verbo, iniuria. C. de ap. ¶ Index appellationum pronuntiavit appellationem desertam, an talis sententia dicetur interlocutoria, vel diffinitiva? Doct. in iure, scribentes in hac quest. varia dixerunt, & reperiuntur variae opinio. Ideo vide que plene scripti in Decisionib. Curiae Parl. q. 11: quia ibi recitauit opiniones, & dixi quid super hoc articulo seruatur in iudicando in ipsa Curia Parlamenti. Appellatio coram Iudice appellationū introducta aliqua ratione, sine causa efficitur deserta, quia forte non fuit terminata infra tempora fatalium, vel alia ratione, nihilominus index ipse profert suā sententiam in negotio principali, pronunciando bene vel male iudicatu, an talis sententia sit nulla, lata post desertionem appellationis; Bal. dicit quod sic, in feudis, in tit. quo tempore miles uestituram petere debeat, in §. fi. in fin. quem sequitur Host. in c. ex ratione, de ap. & ista est veritas, vt dicit Oldr. de Lande, in l. in fi. C. de temp. ap. licet Innoc. teneat contrarium in d. c. ex ratione. ¶ An sententia 23 lata per iudicem primæ instantie super nullitate processus sit interlocutio, vel diffinitiva, vide que plene dixi in dictis Decisionibus Parlamenti, q. 220. & ex hoc sequitur talis effectus, quia si sit interlocutoria, debet in scriptis appellari, alias appellatio est deserta, in c. cordi, de ap. lib. 6. Quid de interlocutoria habente vim diffinitive sententia, an debeat in scriptis appellari? Io. Monach. tenet quod sic, in c. cupientes. §. quod si per viginti dies, de elect. lib. 6. in gl. magna. & tetigi in d. q. 220. in dictis Decisionibus Parlamenti, quod si appellans non faciat inhibeti, neque citari partem suam appellatam infra terminum statutorum Delph. videlicet infra triginta dies, à die introductionis ipsius appellationis processurum coram Iudice ad quem exitit appellatum, an innovata medio tempore debeant reuocari: & si Index à quo poterit suam sententiam exequi, ac si in rem transiisset iudicaram, vide que plene dixi in dictis Decisionibus Curiae Parlamenti, q. 213. Sed aduerte quia illud statutum Delph. editum 1449. & die 2. mensis Maij, de quo supra, & in dicta Decisione sit merito, in quo dispontitur quod appellatio debeat censi deserta, nisi appellans faciat inhibeti & citari partem suam appellatam infra triginta dies non habet locum in dicto in omnibus Curtis Delphin. Sed tantummodo in Curia Parlamenti, per verba ipsius statuti, ibi statuentes etiam, quod nisi fuerit Iudici, &c. Et sequitur per dictam nostram Curiae supremam, &c.

- Sed contrarium est veritas, quia immo locum habet dictum statutum in omnibus
- 24 Curiis etiam inferioribus, vt dixi in dicta quæst. 213. † Pone appellans offerit libellum appellatorium, in quo petit sententiam tanquam iniustam reuocari, & attentata post appellationem reuocari, super quo libello fuit lis contestata, an potero postea ipsa attentata petere reuocari, ex officio Iudicis per modum attentati, Archid. in dicto c. non solum de ap. lib. 6. ibi. & not. quod si facta est peritio, tenet quod non potero postea attentata talia petere reuocari. idem tenet Spe. in tit. de ap. in §. pen. in ver. sed pone petij, vbi dicit se sic obtinuisse: quia dicit ipse Spec. contestado litem, videtur electa via ordinaria, ideo illa est sequēda: vnde nihil debet ex officio reuocari, nisi in causa ordine iudicario fuerit hoc probatum, arg. in c. significante, de ap. Sed Io. And. in Nouella in dicto c. non solum de ap. lib. 6. dicit contrarium, videlicet quod etiam lite contestata super attentatis debent nihilominus ipsa attentata reuocari ante sententiam diffinitiuam. ita etiam tenet Bald. in l. 3. C. de ap. quem sequitur Ange. de Aretio Doctor nouissimus, in d.l. vna ff. nihil nouari ap. pendente. idem etiam tenet Raphael Cumanus, vt ibi refert ipse Angel. de Aretio: de hac materia attentatorum etiam tangit Bartol. in l. chirographis. §. adeo ff. de admi. tutorum, & in dicta l. vna ff. nihil no. ap. pente, vbi dicit Bart. quod caueat aduocatus, ne petat petitioni responderi, volens influere quod facta contestatione litis non reuocabuntur attentata ex officio Iudicis: sed Bald. Angel. Raphael tenet contrarium, vt prædixi. Sed quæ opinio seruetur in iudicando non recordor vidisse super hoc iudicari: de hæc materia attentatorum etiam tetigi suprà, in quæstione, sed si Iudex à quo attentauerit, &c. & quinque quæstionibus ibi sequentibus. † Quid si appellans propter inopiam non possit eius appellationem introducere infra tempus à Iudice à quo sibi præfixum, vel infra tempora statutorū Delph. an erit talis appellatio deserta? Inno. dicit quod non, in c. ex ratione, de ap. Idem dicerem de illo qui propter paupertatem non potuit appellare infra decem dies à die latæ sententiæ. arg. in l. si procuratorem, §. si ignorantes ff. mandati: tamen dicunt Docto. quod talis paupertas excusat ab appellando in scriptis, quia ibi est expensa, ab alia vero appellatione, quæ sit viua voce, non excusat paupertas, quia ibi non est expensa, & de inopia facit mentionem Inno. in c. pe. & gl. extra, de offi. dele. vbi dicit, quod inopia excusat ab excommunicatione. idem in eo qui iurauit certo termino soluere, & non potest, quod non dicitur periurus, vt ibi dicit Inno. Nam inopia quandam excusationem præstat, vt no. ff. de procuratoribus. l. Titius. ita etiam ponit Bal. in feudis, quæ sit prima causa beneficij admittendi, in §. porro. Si quis dicat eius appellationem non potuisse introducere in termino sibi per Iudicem à quo præfixo, & alleget impedimenta quæ vult per eius iuramentum probare, an sit ad hoc admittendus, vide quæ dixi in Decisionibus Parlamenti quæstio. 205. & ibi reperies quid circa hoc seruat in dicta Curia Parlamenti.
- 26 † Quæro an filius possit pro patre appellare sine mandato, & appellationem eius introdiceret coram Iudice ad quem appellatur? glo. quod sic, in l. consensu. §. filium ff. de ap. & vide quæ dixi & quid seruat in Curia Parlamenti, in Decisionibus dictæ Curie, q. 203. An à sententia dictæ Curie Parlamenti appelletur: dic quod nō, quia dicta Curia habet loco præfecti prætorio: ideo non appellatur ab eius sententiis, sed supplicatur. l. i. §. ff. de offic. præfecti præt. & l. i. C. de senten. præfec. prætorio & l. i. si quis & Auth. quæ supplicatio. C. de precibus Imperatori offerend. Super quibus vide quæ plenus scripsi in Decisionibus ipsius Curie Parlamenti, quæst. 50. † Quæro ulterius, qualiter debeat fieri condemnatio expensarum in causa appellationis, Innoc. ponit in c. finem. in vers. causam autem appellationis de dolo & contum. & Io. And. in Mercurialibus, in c. iuris ignorantia. de reg. iur. lib. 26. & Bar. in l. properandum. §. fin autem reus. C. de iudiciis. & idem Bartol. in l. haeres. ff. de admi. tut. & tetigi in Decisionibus Parlamenti,

q. 237. Iudex appellationum cognoscit si appellatio sit recipienda, an interim p̄dente dicta cognitione debeat inhiberi. Inne. quod non, in cap. dilectus. extra, de rescriptis facit c. Romana, de ap. lib. 6. an appellatio possit interponi coram Notario? dic quod sic, & valet, in c. f. de appellationibus. & tenet Specu. in tit. de appellationibus. §. nunc dicamus. ver. & scias, ibi, vel statim fiat coram Notario. idem ponit Cyn. in l. 2. C. de his qui propter metum Iudicis non appella. ibi, vel coram Tabellione & Barto. in l. de pusillo. §. si quis ipsi prætori. circa princ. ff. de noui operis nunciatio. & in l. cum quidam ff. de ap. & hæc vera in absentia Iudicis, vel si dubitetur Iudex adiri, vt dicunt Spec. & Doctor. in locis suprà allegatis. Tuitius tamen faceret appellans eius appellationem interponere coram Authentica persona, si ibi repetiatur, & appellationē intimare parti & Iudici, iuxta formam c. causam, de elect. in Clem. † Si à Iudice ad quem fuit recursum ad bonum virum, si pronuntiet bene vel male fuisse arbitratum possit appellari? dic quod non, secundum Bartolum in l. i. in f. ff. de legat. i. & ponit Innocen. in c. præsenti, post medium, extra de rescriptis. Si quis velit ratificare appellationem pro se per alium factam, debet ratificare infra illos decem dies qui dantur ad appellandum, vt plenè scripsi in Decisionibus Parlamenti, quæstione 13. An Princeps possit appellationem desertam admittere, vide quæ dixi in Decisionibus Parlamenti, quæstione 8. An in causa appellationis admittatur reconuentio, Specul. tenet quod non, in tit. de reconuentione. §. nunc dicamus. versic. sed nunquid coram Iudice appellationum, bene tamen admittitur compensatio, vt dicit Spec. in titul. de appellationibus, in §. de officio eius ad quem appellatur. versic. sed nunquid in causa appellationis. Sed contra hoc facere videtur text. in l. neque. C. de compensa. vbi compensatio dicitur reconuentio. super hoc vide Innocen. & Hostiens. in c. super. extra, de ordine cogni. vide etiam Insti. de exceptio. §. appellantur. per Angelum de Aretio & Doctores. † An quis per 29 Castellanum, seu per Iudicem alicuius loci constituitur in arresto, ille non tenet arrestum, sed appellat & recurrat ad Superiorum causa prosequendi dictam suam appellationem, an dicatur arrestum fregisse, vt pro fractione arresti possit inquietescari per Iudicem à quo; dic quod non, quia interim censetur esse appellans in protectione Iudicis ad quem, in c. dilecto, lo. i. de appellationibus. & ponit Innocen. & Ioann. Andr. in c. vt dilectus. extra, eod. tit. & Barrhol. in l. de pupillo, §. si quis ipsi emptori. ff. de noui operis nunciatio. Vide super hoc Specul. in titul. de appellatio. §. i. in princ. & per Doctores in cap. constitutus. extra, de appellatio. Si missio in possessionē ex beneficio legis edicto. C. de edicto Diui Adriani toll. vel missio in possessionem ex primo, vel secundo decreto dicantur interlocutoriæ, vt ab eisdem debeat in scriptis appellari. tertiiplenè suprà, in glo. super verbis per litteras Iudicis, circa fin. Sed an possit appellari amissione in possessionem ex beneficio legis edicto? dic vt dixi suprà in gl. super verbo per litteras Iudicis, circa finem: Quæro si appelletur post decem dies, de consensu partium, an nihilominus appellatio erit deserta? dic quod sic, secundum glossam, in Clementina, si appellationem. de appellationibus. & l. præses. ff. de re iudicata. ita dicit Angelus de Aretio in l. 3. §. dies autem. ff. quando appellandum sit. † Quæro si in execu- 30 tione reintegrationis super interdicto recuperandæ tertius ius habere prætendens in petitorio, poterit se opponere, & reintegrationem impedire? dominus Abbas, Panormitanus doctor nouissimus, recitat diuersas opiniones, tamen in finalibus concludit, quod tertius veniens, & ius habere prætendens in petitorio debet audiri, & potest impedire executionem: ita dicit ipse in cap. veniens. extra, de testibus, in quarta columna, ibi, sed aduertere prædicta procedunt, & pro hoc, &c. facit quod dixi suprà in glossa precedenti, super verbo, omni allegatione, in quæstione quæ incipit, quæro ulterius spoliatus, &c. Sed contrarium seruatur de stylo Curiarum, in materia huius

statuti *Si quis.* Quia fit reintegratio appellationibus & oppositionibus quibuscumque, & per quoscumque oppositas, non obstantibus: qui stylus & mos Curiarum seruandi sunt, in l. si quando in fine. C. de iniuriis. Sed iuxta materiam huius statuti quæro, an in cæteris casibus per statutum poterit tolli secunda appellatio, quæ devoluitur ad superiorem, purâ ad Curiam Parlamenti? dic quod non, secundum Bart. in l. fin. ff de aqua pluvia. arcenda. & idem Bart. in l. cunctos populos, in 16. col. C. de sum. T. init. Sed an statutum possit tollere in causa criminali appellationem? videtur quod sic, quia per pactum potest renunciari appellationi. l. fin. §. si cum ibi not. per glossam. C. de tempore appellationis. ergo per statutum l. non impossibile, cum ibi not. per glossam, & Bart. ff de partis. Credo tamen contrarium, quia tale statutum tollendo appellationem in causa criminali tollit ius naturale, scilicet defensionem corporalem, quam licet qualitercumq; redimere. l. i. ff. de bon. damnat. Et de hac materia appellationis in causa criminali plenè scripsi in tractatu meo de appellationibus, q. 120. & ibi sufficiat remissio, quia non est præsentis speculationis. † Sed quæro circa materiam præsentis statuti, si à reintegrazione appelletur simpliciter, utrum Index appellationis poterit cognoscere de nullitate reintegrationis, si à parte appellata de nullitate opponatur? Oldradus dicit quod sic, per l. finalem. ff. de iure patronat. & l. quædam mulier. ff. familiæ erescundæ, quia nonnullitas sententiae, sed ipsa appellatio remittit cognitionem ad Iudicem appellationum. Nam si Iudex ordinarius tulit sententiæ, & est nulla, si non appelletur ipse Iudex ordinarius cognoscet de ipsa nullitate, aliæ autem non posset Iudex superior de nullitate cognoscere, nisi causa per appellationem ad eum fuisset devoluta, secundum Innoc. in cap. dilecto de appellationibus. & refert Petr. Jacob. qui ita tenet in titulo, de constituta pecunia libellus, in fin. super forma nullitatis sententiae, ibi, item recte pronuntiat appellationem, &c. Sed si appellatio cotam Iudice appellationum lapsu fatalium, vel aliæ efficiatur deserta, an Index ipse appellationum poterit de nullitate sententie cognoscere, dicam infra proximè in quest. quæ incipit, Quid si appelleatur à sententia, &c. † Quæro ulterius circa hanc materiam, si Iudex appellationum debeat sequi statuta I. iudicis à quo? dic quod sic, quia loco eius succedit. l. pen. ff. indicatum solui. & de hoc terigi in Decisionibus Parlamenti, q. 237. Quæro ulterius, possidens rem aliquam dubitans in eadem possessione turbari, vel spoliari appellat extra iudicium, cuius effectus erit talis appellatio? dic quod si ex verisimilibus coniecturis appellat, operabitur eius appellatio, quod restituetur in statum in quo erat tempore appellationis emissæ, etiam si possessio in alium fuerit, pendente appellatione translata. Nec talis appellans ad restitutionem obtinendam cogetur docere de titulo, nec de spoliatione, sed solum quod tempore spoliationis possidebat, probato tamen de verisimili causa appellationis quo casu restituetur ad rem, & ad fructus medio tempore perceptos, vt legitur & noratur in capitulo bonæ, extra de appellationibus. & non est alibi secundum Bald. in suo repertorio super Innoc. Sed haec questio non procederet in materia huius statuti in quo statuto fit reintegratio non obstante appellatione. Et iste est virus effectus extra judicialis appellationis. † Aliū effectum operatur extra judicialis appellatio, quia per eam excommunicatio iniusta non ligat, securus si non esset appellatum, secundum Host. in c. cum inter vniuersas. extra de electionibus. & Bald. ibidem in suo repertorio super Innoc. Et valet appellatio extra iudicium facta etiam sine expressione cause. Et per Innoc. in c. consulgit. extra de appellationibus. debet tamen intimari parti & iudici saltem infra mensem alias appellatio esset deserta in Clementina causam de electionibus. Et per talem appellationem extra judicialialem appellans, etiam eximitur à iurisdictione Iudicis à quo sicut in appellatione judiciali secundum Innoc. in cap. dilectus. extra de appellationib. & Henr. Bohyc. in cap. suggestum eod. tit. † Ex quo infero quod

quod si quis fuerit in arresto constitutus per Castellatum vel Iudicem, & ipse non teneat arrestum, sed recurrat ad superiorē, quod pro arresto fracto non debet inquietari. Sed hoc intellige si appellauerit antequam discedat ab arresto per ea quae supra proximè dixi in questione quaē incipit, aliquis per Castellatum, &c. Sed quaē est differentia inter appellare & prouocare? dic, quia appellatio propriè, & stricto modo loquendo dicitur illa quaē fit in iudicio, prouocatio verò dicitur: illa quaē fit extra iudicium, ita dicit Inn. in c. cum sit R. o. circ. princ. de ap. † Differentias inter appellationem 35 iudicialem & extra iudicialem, vide in c. cum nobis de electionibus, & in c. cum inter canonicos per Inn. & per Archid. in c. Romana de appellationibus lib. 6. Est enim differentia, quia in appellatione extra iudiciale valent attentata post appellationem, quia Iudex potest procedere donec fuerit sibi inhibitum in gl. Idem est, &c. & non habet locum via attentata. Secus autem in iudiciali appellatione, ut hoc videretur dicere Inn. in c. constitutus. l. 2. in gl. idem est, &c. de ap. & posuerunt hoc aliqui Doctores in l. 1. §. fin. ff. ad ter. & alij in l. qui vltimo. ff. de pœnis, & plenè vide 23. 8. consiliorum meorum: quia maioris efficaciam sunt illa quaē fiunt in iudicio quam illa quaē fiunt extra iudicium, ut per Archid. in cap. avaritiae super verbo confitetur, de elect. lib. 6. differentias inter appellationem & supplicationem. Et si sit necesse supplicare intra decem dies sicut appellare, vide glo. & Doctor. in c. ex litteris, extra de restitut. spoliator. † Quid si appelle- 36 tur a sententia, & per lapsum fatalium, vel alias efficiatur deserta. An Iudex ad quem poterit cognoscere de nullitate sententiae? videtur quod non: quia appellans videtur tenentiasse prosecutioni nullitatis, cum veniat nullitas accessoriè ad causam appellationis. C. quando prouo. non est necesse. l. 1. in fine. sublata ergo appellatione quaē est principalis, debet esse sublata nullitas, ut accessoria, ut ff. de reg. iuris. l. cum principalis. &c. accessorium. de reg. iuris. libr. 6. Aliqui tamen dicunt contrarium: quia dicunt ipsi desertio appellationis non potest tollere deuolutionem potestatis cognoscendi de nullitate facta Iudici ad quem. Sunt enim diversi modi agendi de nullitate vel appellatione, & uno sublato non tollitur aliud, & secundum eos nullitas non accedit propriè appellationi, sed de vtroque cognoscit principaliter Iudex ad quē, sed dominus Franc. de Zaba. in Clem. si app. dicit quod primum est verius, videlicet quod Iudex appellationum non poterit cognoscere in hoc casu de nullitate: quia de nullitate cognosci debet ab ordinario si non sit appellatum, in c. dilecto. de ap. & in Clem. 1. de re iudic. Sed ex vi appellationis cognoscit Iudex ad quem de nullitate ut dicit Innoc. in d. c. dilecto. ergo sublata appellatione cognoscit solus ordinarius, ita dicit & tenet dominus Franciscus de Zabarel. in d. Clem. si appellationem. Cuius opinionem fortifico, quia vitio expresso, etiam censetur vitiatum tacitum. iuxta not. per glo. in l. si fundi sub conditione. §. si pater. super verbo sola. ff. de leg. 1. Quid ergo debet facere appellans? dic quod debet redire ad Iudicem à quo qui potest de dicta nullitate cognoscere. l. 1. in fine. C. de sent. ex periculo recitandis: etiam usque ad triginta annos, ut not. per Bart. & Doctores. in l. si expressim ff. de app. & per Gulielmum de Montclauduno. in Clem. 1. de re iudi. & ita etiam sentit idem de Zabarellis. † Pone, aliquis obtulit supplicationem 37 Iudici Grayi modani concludentem in materia huius statuti / quis, in qua ipse supplicant narravit & asseruit se fuisse in possessione cuiusdam totius tenementi siti iuxta tales & tales confines continentis 30. festariatas. & dicit se esse spoliatum, &c. Qui Iudex Grayi modani sumptis informationibus supplicantem reintegravit in dicta possessione totius tenementi: à qua reintegratione fuit appellatum: in qua causa appellationis violentus dicit & opponit quod male fuit facta reintegratio: quia licet dictus supplicant asseruit in dicta sua supplicatione dictū tenementum præconfinatum continere triginta festariatas continet tamen 40, & sic de decem festariatis, quod continet dictum

dicitur tenementum ultra triginta non debuit reintegratio fieri argum. in l. comprehensum. ff. de contrah. empt. & vend. & in l. pen. §. f. ff. de act. empt. Sed dic contra perl. si fundum sub conditione. §. si libertus secundo respod. ff. de leg. i. & l. cum pater. §. pater qui filio. ff. de leg. 2. Præterea multis videtur differre utrum loquens incipiat explicare mentis conceptum à nominibus designantibus numeram vel mensuram, & tunc non plus in actum deducitur quām per præcedentem numerum vel mensuram explicetur. ff. de leg. i. l. si quis testamento in principio. An à nominibus designantibus certam speciem vel corpus determinatum, quod tamen postea mensurati: quia tunc adiectio mensuræ est loco demonstrationis falsæ quæ nec vitiat, nec minuit id cui adiicitur. ff. de leg. 3. l. his vestris. §. pater facit. ff. de leg. i. l. si seruus legatus. §. qui quinque. & l. demon. ff. de cond. & demonst. & sic est in præposita q. & videtur determinati per l. si vend. in prin. de act. empt. & per glo. in d. l. pen. §. f. eo. tit. si enim dictus supplicans in dicta sua supplicatione inchoasset explicare mentem suam à numero festariatum, dicendo quod ipse fuisset spoliatus possessione triginta festariarum situatarum iuxta tales confines, & ibi fuissent quadraginta festariæ, tunc male fuisset facta reintegratio quo ad decem quæ sunt ultra triginta ar. in d. l. si quis testamento. in princ. ff. de le. 1. De hac quæstione in simili videatis per Io. And. in addit. Spec. in tit. de empt. & vend. in §. i. in fi. & ibi loquitur de donatione, venditione & legato, si in talibus contractibus interueniant similia verba supra in hac quæstione subiuncta quid juris. & Oldr.

38 etiam mouet hanc quæstionem in d. l. pen. §. fin. ff. de act. empt. † Quero ulterius, quo modo poterit fieri, quod quis eviteret pœnam male appellantis de qua in l. si clericus. C. de Episc. audi. dicit Nicolaus Materelli, quod debet dicere appello, quatenus de iure possim. ar. in l. libertas testamento. ff. de manumissis testamento. Contrarium tamen tenet Bal. in d. l. si clericus: quia dicit ipse aduersarius trahitur ad causam de facto, & pœna dictæ l. committitur propter nudum factum, vnde non inuit dicta protestatio in contrarium in pœnalibus quæ opinio Bal. seruatur in Curia Parlam. Delphin. dicit tamen ipse Bal. quod dicta pœna non habet locum de iure Canonico. Et quod propterea dicta l. non seruatur in terris Ecclesiæ. Sed an temere appellans incurrat aliquam infamiam, vide Spec. in tit. de app. in §. nunc dicamus. in princ. † Circa hanc materiam appellantiorum est aduertendum, quia appellans non debet inferre iniuriam in sua appellatione in scriptis, nec alias Iudici à quo. vt dicit gl. in l. & in maioribus. in fin. C. de ap. & si appellans contrarium faciat asserendo sententiam fuisse latam per pecuniâ vel similia: quia si illud non prober tenetur actione iniuriarum Iudici, à quo, vt dicit Petr. Iacob. in tit. de constituta pecunia libellus, ipse tamen Iudex à quo non debet reputare ad iniuriam, si pars dicat sententiam iniquam cum illa verba consueuerint in appellantioribus apponi, & propterea excusantur ab iniuria, vt dicit Petr. Iaco. vbi supra. Circa hæc quero Iudex appellantiorum talit sententiam pro appellante in personam asserti Procuratoris qui non erat Procurator, & sic est sententia nulla. An Appellans pro quo est lata sententia poterit ratificare gesta per eius falsum Procuratore, vt sententia pro ipso lata conualidetur? glo. tenet quod non poterit dominus ratificare sententiam pro se latam, quamquam benè si fuisset lata contra se. ita tenet glo. in l. si tutor. ff. in quibus causis in integrum resti. non est necessarium: sed Ang. de Aret. post Raphaelem tenet contrarium. in l. si se non obtulit. ff. de re iud. quod imo talis sententia nulla defectu procurationis potest ratificare, siue pro ratificante, siue contra fuerit lata. & hanc partem etiam tenet gl. in l. si mater. §. hoc iure. ff. de except. rei iudi. que gl. est vera, vt dicit Batt. in d. l. si tutor. idem Iac. de Aret. & Petr. & ista est communis opinio, vt refert idem

35 de Aretio vbi supra. Et ita etiam vidi seruari in Curia Parlam. Delph. vt scripsi in decisionibus ipsius Curiae, q. 320. † Ideo dicit Batt. in d. l. si tutor. quod gl. in d. l. si tutor est vera

vera in tutori, sed est falsa in Procuratore & ratio est secundum Bart. in d.l. si tutor: quia negotium respectu falsi Procuratoris peccat in solo consensu, & sic per ratihabitionem confirmatur, ideo potest per dominum ratificari. Sed in tutori secus est, quia non solo consensu pupilli potest tutor gerere, imo requiritur alia solennitas, quia debet satisfare & facere inuentarium, & plura alia antequam possit agere, ideo per ratihabitionem non confirmatur, nisi iure speciali, vt d.l. si tutor: quia est speciale ibidem fauore minoris, quod secus est iure communi. & ita d.gloss. in d.l. si tutor est vera in tutori, sed est falsa in Procuratore. Nota circa hanc materiam quod aëta Iudicij gesta per falsum Procuratorem per dominum possunt ratificari, non solum expressè per licet. ff. de iudiciis. inò etiam tacite vt not. Innoc. in ca. ex parte decani. de rescriptis. Si ab interlocutoria non appelletur, sed petatur contrario Imperio reuocari, & Iudex non reuocet: potest etiam post decem dies à tali grauamine appellari, vt ponit Innoc. in c. fin. extra de nou. oper. nunc. † Quæro de quæstione quæ quotidie occurrit in fa-³⁶
 ctio ludex facta reintegratione per eum assignat violentum comparitur coram eo visurum adiudicationem damnorum interesse, & expensarum spoliati, & declaratio-
 nem dictarum decem marcarum argenti: comparet violentus coram Iudice, & tradit
 articulos in quib. tradit rationes in iure, & in facto per quas dicit dictas expensas non
 esse adiudicandas, nec dictas decem marcas argenti declarandas: an debeat talis violen-
 tus ad hoc audiri? dic quod sic: quia aut ipse violentus opponit de nullitate reinteg-
 rationis, & tunc debet auditu per ea quæ ponit Bart. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud.
 quia nullitas non transit in rem iudicatam vt ibi & pleniùs tetigi suprà, super verbis
 omni allegatione. Aut ipse violentus opponit de iniquitate reintegrationis, & tunc nō
 est audiendus. I. iudex. ff. de re iud. quia cum ipse non appellauerit à reintegratione ipsa
 reintegratio facit ius pro spoliato: quia lex præsumit quod acquieuerit sententia non
 appellando & remanere debet reintegratio rata & firma, iuxta no. per glo in l. ad solu-
 tionem. C. de re iud. & facit auth. ei qui. C. de temp. ap. iuncta auth. hodie. C. de app. &
 facit l. ingenuum. ff. de sta. ho. Sed hoc ultimum membrū posset dici verum si statutum
 habuerit locum: quia si nō habuit locum utputa, quia pro vi turbativa fuerit intenta-
 tum: tunc posset dici quod de iniquitate potest opponi aduersus reintegrationē præ-
 tensam, etiā si non fuerit appellatū: quia verba d. statuti si quis, sunt civiliter intelligen-
 da: videlicet si ritè & rectè fuerit intentatum per ea quæ dicit Bart. in l. Diuus ff. de test.
 mil. Et alibi dicitur, quod si statuto caueatur, quod bannitus possit impune occidi: de-
 bet intelligi de ritè & rectè bannito. vt dicunt Bar. & Ang. de Aret. in l. 4. §. condemnata
 de re iud. & pro hoc faciunt, quæ dixi in gl. super verbo violentia verò purgata.
 in l. quæst. † Sed his non obstantibus, credo quod dicta reintegratio non possit per ³⁷
 eundem judicem reuocari, etiam si iniquitas coram eo probaretur. Cum licet interlo-
 cutoria sit censeri tamen debeat habere vim diffinitiū. Ideo opus erat appellare, in
 qua causa appellationis de iniquitate coram superiori est disceptandum per ea quæ
 plenè dixi in tertia parte Consiliorum meorum. conf. 237. in fine.

§. Manu militari.

S V M M A R I V M.

¹ Index cum armis & manu militari potest spoliatum in possessionem reintegrare.

² Papa, vel delegatus Apostolicus, non potest exequi sententiam violentam.

³ Quando à parte conceditur licentia quod propria auctoritate possit capi possessio, quomodo id intelligatur.

- 4 Antequam Iudex procedat ad vim armatam, debet primo violentum summare, de restituendo rem contentiosam intra certum tempus.

Sentit † ergo hoc statutum quod si violentus sit potens & faciat resistentiam, ita quod Iudex, vel Commissarius, non possit spoliatum reintegrare in sua pristina possessione iuxta formam huius statuti *si quis*. Quod Iudex vel Commissarius poterit virtute dicti statuti gentes congregare auctoritate Regia & Delph. etiam cum armis & manu militari spoliatum in sua pristina possessione reintegrare, & illud est consonum iuri. vt l. qui restituere. in princ. ff. de rei vend. † Aduertendum tamen circa hoc, quia executor etiā Papae non potest exequi sententiam violentam inferendo ut voluit Inn. in c. cum olim loc. i. de priuileg. Ideo licet delegatus Apostolicus habeat potestatem exequendi sententiam in c. quārenti. extra de offic. delegat. non tamen poterit exequi sententiam violentam cum armis. vt not. Inno. in c. significasti. de offic. deleg. † Et non mirū: quia quando à parte conceditur licentia, quod propria auctoritate possit capi possessio: intelligitur dummodo non fiat scandalum. l. non ex singulis. ff. de regu. & not. Angel. de Aret. in l. à Diuo Pio. in princ. ff. de re iud. Sed dico ista procedere ubi executor potest aliter exequi quam per violentiam, quia si possessor faciat resistentiam ita quod non possit executio fieri, tunc licitum est Iudici vel Commissario exequi sententiam sine reintegrationem etiam manu militari, per d. l. qui restituere. in princ. ita loquitur hoc statutum *si quis*. † Sed antequam Iudex vel ab eo delegatus procedat ad executionem manu militari, debet esse attentus, quod primo partem summet vel summati faciat de restituendo, seu vacuando rem contentiosam infra certum tempus arbitrio Indicis statuendum, & sub penis formidabilibus. Quo tempore lapto si nō obtemperetur mandatis, poterit Iudex vel Commissarius procedere ad executionem, etiam manu militari si opus sit. vt §. primo, Insti. de offic. Iudic. & in d. l. qui restituere. ita dicit Bart. in d. l. à Diuo Pio. in §. in venditione. in r. quæst. in fin. ff. de re iudic.

§. Restituetur deiectus.

S V M M A R I V M .

- 1 Restituetur deiectus non solum ad rem occupandam, sed etiam ad fructus.
- 2 Qui violenter ingreditur fundum fructibus in herba pendentibus, et si fructus ante messem pereant, tenebitur restitucionem quanti fructus maturi vendi possint.
- 3 An retineri possint animalia damna inferentia, donec pro damno satisfiat.
- 4 Remedia per qua spoliatus reintegretur in possessionem.
- 5 Proprius violentiam condemnatus criminaliter efficietur infamis.
- 6 An sit utile exprimere libello quo remedio spoliatus vti velit. Ubi si premeriatur possessor violentus, quomodo sit contra eius heredem ferenda sententia. Et quomodo testes deponere debant ad probandum interesse.
- 7 & 8 Quot dierum spatio acquiratur possessio, ut remedio statuti *si quis*, vti liceat, vel remedio interdicti unde vi.
- 9 Et quomodo hoc stylo Curia Delphin. obseruetur: ubi quomodo verba statuti interpretanda.

Restituetur videlicet remedio huius statuti *si quis*, quod est extraordinarium à iure communi in aliquibus exorbitans, ut declarauit suprà in glo. super verbis etiam absque violenti euocatione, licet ad instar interdicti recuperandæ possessionis fuerit introductum. † Et restituetur deiectus non solum ad rem occupatam,

tam, sed etiam ad fructus, & hoc sonat illud verbum restituetur, quod à statuto, vel
 lege prolatum ad fructus, etiam si nō exprimatur porrigitur. l.in condemnatione. §.1.
 ff.de reg.iur.& similiter etiam restituetur ad interesse, & expensas, ante quam ipse vio-
 lentus audiatur, vt dicam pleniū infra in glo. super verbis violentia verò purgata. Si
 quis sit spoliatus domo sua, an violentus in domo habitando dicatur fructus percipe-
 re: dic quod sic.l.si quis §.sue autem ff.commun.diuid. & not. Bart.in feud.de prohi-
 bita feudi alienatione per Frede.in §.præterea. Ibi pone comes decessit, ex quo infero
 quod ipse violentus ipsos fructus videlicet quantum potuisset alteri locari dicta dom-
 us restituere tenebitur, vi deiectione ex forma statuti huiusmodi. † Sed iuxta hoc quæ-
 ro aliquis me spoliauit possessione cuiusdā terrae meæ blado seminatæ, quo tempore
 spoliationis bladum erat in herba: violentus, nō fuit bene attentus custodire dictam
 terram, ita quod pecora ibi magnū damnum intulerūt. Et postea facta est reintegratio,
 ita quod ego spoliatus fui reintegratus in possessione mea dictæ terræ, nūquid in ta-
 xatione mei interesse debebit taxari dictū damnum ac si fuisset datū in frumento iux-
 ta futurū valorem bladi. Et videtur quod debeat taxari tanquā pro damno dato in her-
 ba. vt ff.arbor.furtim cæsatum.l.certe. Præterea quia non debet fieri condemnatio per
 indicem circa damnum ad tempus futurum. ff.ad leg.Aquil.l.inde Neratius. §.si infans:
 in contrarium quod debeat fieri existimatio dicti damni in tantum quantū valuisse
 frumentū in futurum. in l.ex hac.l in fff.de pauperie.dic secundū Iacob.de Aret. quod
 existimatio dicti damni debet fieri tantū quantum vendi potuisset futurus & dubius
 eventus perceptionis illius frumenti. arg. ff.famil.ercisc.l propter speciem. & ff.de fur.
 l.si quis vxori. §.f.i.idē tenet Cyn in l.f.C.de pauperie. † Si dominus teneatur de dam-
 no quæ aprum vel vrsū tenet? dic quod sic, 2. q. 5. cap.de occidendis.per Archid. Sed
 si possint retineri animalia capta in possessione damna inferentia, donec de damno
 fuerit mihi satisfaetū. vide Spec.in tit.de actore.in §.1.sed pone iuuenis peccidem,&c.
 Redeo ad materiam huius statuti *si quis*. † Et quaro si sint alia remedia à iure cōmuni
 introducta, per quæ spoliatus possit in sua pristina possessione, vel quasi restitui & re-
 integrari: dic quod sic:& quā plurima primo videlicet introductū vnde vi.l.1. in prin.
 in §.1.cum l.sequenti. ff.de vi & vi arm. Item & secundo cōditio ex l. si quis ad se fun-
 dum.C.ad leg.Iul.de vi.Item & tertio conditio ex canone reintegranda 3. q. 1. Item &
 quarto officium Iudicis, de quo in c.bonæ memorie. extra de appell.& not. gl. & Inn,
 in cap.sæpe.extra de restit.spol.Item & quinto conditio ex lege si coloni. C.de agri &
 censi.lib. 11. Item & sexto beneficium d. sæpe.de restit.spol.de quo tangam in glo. su-
 per verbo clandestinæ.in quæ incipit vltierus quæro, &c. Item etiam & se-
 ptimo subuenietur spoliato conditione, ex canone querelam.de ele. Item octauo sub-
 venietur spoliato, quia contra ipsum violentum potest agi criminaliter, si cum armis,
 vel si sine armis fiat spoliatio, vt ff.& C.ff.ad l. ul.de vi publica, & de via priuata per
 totum.& ff.de vi bon.rapt.per totum.& probatur in l. 1. §.ne quid.& §.illud. ff.de vi &
 vi arm.vt de singulis dictorū remediorum supra in hoc apparatu tetigi, & inferius tâ-
 gam. † Et talis condénatus criminaliter l. lul.de vi publica vel priuata efficitur infamis. 5
 l. 1. in prin. vers. qui iudicio publico ff.de his qui not.infamia. & l.infamiae cum ibi not,
 ff.de publ.iud.Est alia pœna videlicet deportatio. vt dicam late infra in gl.super verbis
 vltra pœnas in princ. Sed an remedium dicti c.reintegranda poterit intentari in foro
 temporali. Et si cōperat contra illū qui titulo & bona fide possider. & de materia dicti
 c.reintegranda, plenè dicam infra in gl.super verbo clandestinæ. † Sed quia plura reme-
 dia suprà declarata cōpetūt spoliato, quæro si erit necesse vel vtile in libello rei suppli-
 catione exprimere quo remedio agatur, vide quæ dixi infra super verbo clædestinæ, in
 q.ibi quia suprà in glo.&c.Sed pone committens violentiam moritur lite contra cum

contestata reliquo hærede, vel alio ad quem res inuasa peruenit, qui tenetur de iis quæ ad eum peruererunt. l.i. §. fina. ff. vnde vi. Qualiter feretur sententia contra istum possessorum, vide doctrinam positam in ca. quia vi cum ibi non. per Io. And. de iud. in antiquis. Qualiter debent testes deponere ad probandum interesse singulare, vel commune, vel expen. no. per Spec. in tit. de fructibus & interesse in §. viso. ver. qualiter. & sequenti. ¶ Luxta materiam huius statuti vltius, quæro Titius fuit adeptus possessionem alicuius rei absq; litteris Iudicis: & possedit per quatuor vel sex dies, aut per octo dies, non tamen per decem dies, secundum verba huius statuti *si quis*, postea ipse Titius fuit spoliatus sua possessione dictæ rei quā ut præmittitur possederat per sex vel octo dies. An competet sibi remedium huius statuti *si quis*; videtur quod sic, cum non solùm spatium sex vel octo dierum quæritur possessio: sed etiam per unam diem, quia per solam appositionem pedum in re quæritur possessio in l.i. in princip. ff. de acqui. possell. & si pro qua fuerit ipsi Titio quæsita possessio per pedū appotiosinem. Et fuerit spoliatus competit sibi per consequens interdictum reintegrandæ. vt C. vnde vi. per totum. & ff. de vi & vi ar. per totum. & extra de restit. spol. per totum. Circa hoc puto dicendum quod licet dicto Titio spoliato competit interdictum vnde vi reintegrandæ possessio- nis per iura supra allegata non tamen credo quod sibi Titio competit remedium hu- ius statuti *si quis*: quia ipsum statutum loquitur de illo qui fuit adeptus possessionem per litteras Iudicis, aut voluntate eius, cui erat possessio, quæ interpretatur ab huiusmo- di statuto vbi violentus possedisset decem diebus notoriè, ut plenè declarauit suprà in glos. super verbo interpretarum. Ideo dic quod in illo qui possederit sex vel octo die- bus etiam notoriè, non habebit locum hoc statutum *si quis*, nisi possederit decem die- bus notoriè, vel adeptus fuerit possessionem per litteras Iudicis: quia verbis statuti quamquam duris est inhærendum & adhærendum, ut plenè per Bart. in l.i. §. i. ff. quod 9 vi aut clam. ¶ Nec debent verba statuti ampliari, sed strictè intelligi & interpretari, vt dicit Bar. in l. Cesar. ff. de pub. & vect. & hæc vera sunt ex verbis & mente huius statuti sed de stylo Curiarum priuatur, pro quo modo, siue per litteras Iudicis, vel alio modo quis fuerit adeptus possessionem & spoliatur sit reintegratio ex forma huius statuti, ut dixi suprà super verbis propria manu signatas, circa prin. ibi. sed quicquid sonent.



§. Multabitur.

S V M M A R I V M.

- 1 *Multabitur denotat tractum futuri temporis. Vbi, eodem processu scri. declarationem decem marcarum ffco.*
- 2 *Et si partes inter se concordent debebitur nihilominus multa decem marcarum ffco, nisi reum declarauerit se simplicitate non animo spoliandi fecisse.*
- 3 *An poterit de iure à declaratione dicta multa excessu à iudice facta appellari.*
- 4 *Statutum licet generaliter loquatur recipit tamen interpretationem de iure communi.*
- 5 *Multiplicationem statutorum non sequitur multiplicatio pœnarum.*



Multabitur non ipso iure sed per sententiam. & hoc demonstrat verbum multabitur denotans tractum futuri temporis, iuxta ea quæ leguntur & notantur in l. in criminali. C. de iur. om. iud. in gl. super verbo habeatur. Plus dico quod etiam si ipso iure esset dicta pœna decem marcarum commissa adhuc requireretur sententia declaratoria, secundum Bald. in l. si quis maior. C. de transact. vbi dicit ipse quod licet in dict. l. si quis maior irrogetur pœna

pœna infamiae ipso iure, quod tamen non dicitur infamis ante sententiam declaratorian pro quo Ieius qui delatorem. ff. de iure fisci. & quod no. per glo. in §. pen. in auth. de Tabellionibus facit. c. cum secundum leges, de Hæreticis. lib. 6. Sed quæro si ex eodem processu facto super reintegratione fiet declaratio fisco dictatum decem marcam argenti? dic quod sic, quia ita disponit huiusmodi statutum, & ita etiam seruat stylus Curiarum: sed si peteretur violentum declarari perdidisse ius quod habebat in re contentiosa requiretetur nouus processus, dicam plenè infra in glos. super verbo vltra pœnas in q. pen. † Sed si partes priuatae sumptis informationibus inter se concordent, 2 an iudex nihilominus, non obstante concordia debebit hanc mulctam decem marcam argenti fisco adiudicare? dic quod sic, ut plenè dicam infra in gl. super verbo fisci, ibi iuxta materiā huiusmodi statuti. Sed quid si reus opponat in iudicio, quod ea quæ probantur per eum facta fuisse, ipse non fecit animo spoliandi, sed ex quadam simplilitate vel ignorantia. An debeat excusari à pœna huiusmodi statuti? crederem quod sic, per ea quæ dicit Iano. in c. querelam. de elect. super verbo subtractam, in q. pen. de quo etiam tangam pleniū infra super verbo clandestine. † Sed an poterit de iure à declaracione dictæ mulctæ à iudice excessiuè facta appellari? videtur quod non, per illa dicti statuti, ibi appellatione cessante, in contrarium videtur quod imo possit appellari per l. & in multis. C. de appellationib. & l. certa ratione. C. quando prouoc. non est necesse, cum eidem iudici per d. statutum concedatur facultas mitigandi d. mulctam decem marcarum, secundum modum violentiæ & facultates violenti. & ita etiam de styllo Curiarum præsentis patriæ admittuntur tales appellationes, & vidi per Iudices causarum appellationum tales mulctas mitigari. vltra mitigationem factam per Iudicem à quo. Nec obstant illa verba statuti, ibi, appellatione cessante: quia referuntur ad reintegrationem possessionis fiendam obstante appellatione, iuxta l. i. C. si de mom. poss. fuerit appallatum, & dixi suprà in gl. super verbo appellatione cessante. † Quia statutum licet generaliter loquatur, recipit tamen interpretationem de iure communi per textum cum gl. super verbo legitimam. in l. i. in prin. ff. de noui operis nunciatione. & ibi hoc not. Ang. de Aret. facit l. fi. §. in computatione. C. de iure deliberandi. & l. vt gradatim. C. de muneribus & operibus. Notat etiam Salyc. in d. l. certa ratione. facit l. i. C. de noxalibus. Maximè in statutis pœnalibus, vt in casu isto in quibus debet fieri stricta interpretatio. iuxta l. constitutionibus. ff. ad municipales. Et nota de Aretio super rubrica. ff. de noui operis nunciatione. † Et ad istud propositum dicitur alibi quod ad multiplicacionem statutorum vel edictorum pœnarium non sequitur multiplicatio pœnarum quod est notabile. Ita ponit Bart. in l. fideicomissa. §. si quis decem. ff. de leg. 3. Et de hac materia si possit appellari ab excessiuâ taxatione, tangam etiam infra circa glo. super verbo mitigatione, circa principium.

§ Vltra pœnas.

S V M M A R I V M.

¹ Pœna à iure statuta quas incurrit, qui alium à sua possessione violenter expellit. & 2.

² Qui alium spoliat pendente appellatione, censetur appellationi renunciasse.

³ Pœna à iure statuta non sunt per statutum Si quis, sublate. Ubi de dictione V L T R A.

⁴ Generi per speciem non derogatur, quando non procedunt ex eadem dispositione.

⁵ Statutum Grationopolitanum de Adulteriis.

⁶ Si à iure seruantur plures pœna pro uno delicto, an una per aliam tollatur distingue.

- 7 Index ut declararet violentum perdidisse dominium requirit nouam petitionem & nouum processum. Ubi præclaræ Doctorum distinctio de iudicio plenario, & summario.
- 8 Statutum rigorosum non debet extendi ad alium casum non expressum.
- 9 An violentus pœnitens ante reintegrationem euitet pœnas iuris & huius statuti.

MVLtabitur ergo violentus in decem marcis argenti ex forma huius statuti. Si quis, vltra pœnas à iure statutas: quæ mulcta indici potuit à statuto vltra pœnas iuris, vt plenè per Doct. in l. mancipia. C. de seruis fugitiis. & in Auth. nauigia. C. de furtis. Sed quæ sunt illæ pœnae à iure statute, in quibus incidit ille qui alium à sua possessione violenter deiecit? die quo primo incidit in crimen legis Iuliæ, de vi publica. ita dicit text. in §. qui autem. Inst. de interdictis. Cuius pœna legis Iuliæ, de vi publica, est deportatio, & omnium bonorum confiscatio, vt dicit gl. in l. 2. C. ad leg. Iul de vi publ. puto tamen quod respectu confis-
cationis bonorum sit hodie correctum per Auth. bona damnatorum. C. de boni danni.
ita quod potest contra violentum agi, etiam criminaliter, vt dixi etiam supra, in gl. su-
per verbis absque mandato iudicatio, in fine. & in glo. super verbis, restitueretur deie-
ctus. ibi, item octauo. † Item etiam violentus punitur alia pœna, quia priuatur suo iu-
re, si quod in te habeat, & si non habeat ius in te, soluit existimationem valoris rei, ita
dicit tex. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. aliud est etiam in quo incidit de iure cōmu-
ni, ille qui spoliat alium pédente appellatione, quia eius appellationi censemur renun-
ciasse, vt notat Inno. in c. ex parte. de Restit. spol. † Sed modo quæro, an dictæ pœnae à
iure communi statuta, sint sublatæ per hoc statutū si quis videtur quod sic, quia quando
per statutum imponitur pœna pecuniaria, videtur recessum à pœna legis, argumen-
to in l. qui cum vno. §. qui post desertorem. & ibi Bart. ff. de re. mili. credo tamen con-
trarium, in casu huiusmodi statuti, videlicet, quod dictæ pœnae à iure communi intro-
ductæ non sunt sublatæ, sed quod pars pœnitentia per Iudicem petere, declarari etiæ ex
mente huiusmodi statuti si quis, vltra dictas decem marcas argenti, quia illa dictio vltra,
in hoc statuto adiecta est inclusiva, & videtur includere in statuto dictas alias pœ-
nas in iure statutas: ita quod possunt peti, declarari etiam ex dispositione saltem tacita
dicti statuti, vltra dictas decem marcas argenti. arg. in l. qui ita legavit. ff. de dote præ-
le. & ibi Bart. tangit de hac dictione, vltra. idem etiam not. per Io. Aner. in c. Rayn. su-
per verbo, vltra decem, de testa. † Immo plus dico, quod licet illa dictio vltra non fuisset
in hoc statuto adiecta, quod nihilominus adhuc pœnae iuris communis deberent
declarari vltra dictas decem marcas argenti, quia per pœnam in statuto adiectam non
videtur recessum à pœna à iure communi statuta, per text. in l. quotiens & ibi glo. ff. de
act. & oblig. & in Authenticâ nauigia. C. de furtis. ita etiam dicit & tenet Angelus de
Aretio, doct. nouissimus, in l. 1. §. hoc autem edictum, in fi. ff. de noui operis nunciat.
Quia generi per speciem non derogatur, quando non procedunt ex eadem dispositio-
ne, sed ex diuersa. l. Senatus. in prin. cum gl. & ibi Bart. ff. de Accu. & per Cyn. Bal. Ang.
de Aretio, & Salicetum, in l. qui sepulchra. C. de sepul. viola. & per eundem de Aretio,
§ vbi suprà. † Et istud facit etiain pro statuto huius ciuitatis Gratianopolis, quo cauetur
quod pro adulterio dentur centum solidi, quia per illud statutum non videtur recessum à pœna criminali à iure statuta contra committentes adulterium & dicit, ipse de
Aretio, vbi supra se alias ita seruasse, cum de facto si contigisset in simili casu, hoc
etiam videtur voluisse Spec. in tit. de Accu. circa prin. ita quod relinquitur arbitrio iu-
dicis, vel adulterium condemnare in pœnam statuti, vel in pœna à iure cōmuni intro-
ducta, licet Ang. de Perusio in d. l. qui sepulchra, dicat quod cautius sit non recedere à
pœna statuti, & dic vt ibi, per gl. Cyn. Bal. & latius per Salyc. vide etiam Bald. in l. quid
ergo

ergo. §. pœna grauior de his quæ norantur infamia. ¶ Et si à iure seruantur plures pœna pro uno delicto, si vna tollatur per aliam. Bari. plenè distinguit, quem vide in l. cunctos populos, in 9. col. ibi, & oppon. C. de summ. Trinit. & fide Catholica. & Bart. in l. si deicommis. §. si quis. ff. de leg. 3. quod est necessaria sententia Iudicis, quæ declarat violentum perdidisse dominiu rei, quia non ipso iure, sed per sententiam tale ius perditur, ut dicit gl. in l. si quis in tantam super verbo, amittat. C. unde vi, cum text. in dicto statuto Si quis non dicat mulctatur, sed dicat mulctabitur, & sic per verbum futuri temporis: ideo requiritur declaratio Iudicis, ut dicit gl. in l. in crimina, in gl. super verbo, habeatur. C. de iurisdict. omnium Iudicium. & de hoc tetigi supra in gl. super verbo, mulctabitur, in prin. + Sed iuxta hoc quæro, si Iudex declarabit violentum perdidisse ius quod in re habebat ex eisdem actis, quibus fuit facta reintegratio, vel si est necessarius nouus processus, & noua petitio per spoliatum fienda parte vocata: dic circa hoc quod est necessaria noua petitio, & nouus processus fieri debet super huiusmodi declaratione fienda per Iudicem, quia primus processus in iudicio summario super reintegratio, & testes in eo examinati fuerunt non vocata parte, & sic non probant in plenario iudicio, fiendo super dicta declaratione perditionis iuris rei contentiosæ, per l. si quando. C. de testi. & c. in nomine Domini. extra, de testi. & pro hoc facit distinctionem quam faciunt Doctores, dicentes quod aut sententia lata in summario iudicio noceret in plenario iudicio: & tunc nocent & profundunt in plenario attestations & alia acta in summario: aut non noceret, & nunc nec testes, nec alia acta in summario non nocent, nec prodeissent in plenario: istam distinctionem ponit Ioan. Ferratiis, in tit. forma opponendi contra testes post publicationem, in gl. super verbo, sunt qui iam publicatis attestacionibus aliis recepti, &c. ibi, quid ergo dicendum, si fuerunt recepti in iudicio summario, &c. Et hoc verum, maximè in casu huiusmodi statuti Si quis, quia huiusmodi statutum disponit tantum modo super processu fiendo, parte non vocata, super reintegratio. Et non disponit aliquid super processu fiendo, super declaratione perditionis iuris violenti, ideo super illo ordo iuris est seruandus. + Nec debet hoc statutum Si quis, rigorosum ad alium casum non expressum extendi, iuxta l. constitutionib. ff. ad municipales, & faciunt notata per Ang. de Aret. ff. de noui operis nunc. super rubric. & per Iac. de Butr. in l. i. C. de condit. infer. + Vtterius quæro, si violentus possit penitere ante reintegracionem comparando coram Iudice, dicendo domine Iudex, vos vultis aduersarium meum in tali possessione reintegrale, me ponitet cum spoliasse, & sum contentus egomet in sua possessione pristina reintegrale, & sibi resarcire damna interesse fructus expensas, iuxta dispositionem huiusmodi statuti, Si quis, & supplico vobis, domine Iudex, quod non declaretis dictam pœnam decem marcarum argenti, nec alias pœnas iuris, in quibus ego incidi, prætextu dictæ spoliationis. An admittetur talis pœnitentia & evitentur dictæ pœnæ: credo quod sic, per ea quæ dicunt gl. Bart. in d. in criminali. C. de iurisdict. omnium Iudic. Et de hac materia pœnitentia, etiam tetigi in tractatu meo, qui intitulatur, in quibus casibus, de iure sit locus pœnitentia, & in quibus non est, & qualiter & quando admitti debet, ibi, 25. quæro. &c. De pœnitentia etiam tetigi in tractatu meo, in l. si quis maior. C. de transact.

§. Marcis argenti.

S V M M A R I V M.

1 Quid marca argenti in iure Canonico: quid libra argenti in iure Civili.

2 Quid

- 2 Quid libra auri.
- 3 Summa quingentorum aureorum ultra quam facienda non sunt donationes.
- 4 Consuetudo cum non est certa debet probari.
- 5 Floreni ponderis mercabilis qui dicantur.

Non reperio fin iure Ciuali textum facientem mentione de marcis argenti, sed bene in iure Canonico, in c.2.extra, de arbit. tamen in marca argenti, secundum usum praesentis patriæ Delph. continentur octo viciae ad pondus Paris. quod pondus communiter in hac patria Delphin. visitatur inter Mercatores, & alios, & de istis marcis argenti loquitur huiusmodi statutum *Siquis*, cuius verba sunt intelligenda secundum consuetudinem patriæ, arg. ff. de damn. infec. l. si finita. in prin. reperio tamen in iure Ciuali textum facientem mentionem de libris argenti. in l. si Clericus. C. de Episc. audien. & in l. ab executore. in f. C. quorum app. recipiuntur, & pro singulis libris argenti, quinque solidi inferuntur. l. i. C. de argenti pretio, quod in thesauris infertur, lib. io. Et quinquaginta librae argenti valent quingentos aureos, ut dicit Pet Iac. in lib. de actione in factis ex re. iud. † Reperio etiam tex. facientes mentionem de libris auri, in l. Quintus Mutius, lib. 2. ff. de auro & argent. leg. & in l. vna. C. de monopolis. & in l. duos. C. de suscepto. & archariis, lib. 10. & in Auth. de armis colla. 6. & in Auth. vt nulli Iudic. §. scientibus omnibus colla. 9. & 72. solidi faciunt librae auri, ut dicit gl. in l. quotiens. C. de susceptoribus & archariis, lib. 10. & ibi accipitur solidus pro aureo, & quingenti solidi, de quibus in l. si quis pro redemptione, in fin. C. de donationib. accipiuntur pro aureis, quorum 72. faciunt libram auri, vi not. per Cyn. & Doct. in d. l. quotiens. & in l. quicunque. C. de seruis fugitiis. & faciunt not. Inſtit. de pena teme. litigantium. §. f. & ita dicit Cyn. in d. l. si quis pro redempione §. de dona. & in l. illud. C. de sacrof. Eccles. de præmissis etiam scriptis in Decisionibus Parlementi, q. 492. sed quantum valet libra auri? dic quod duas marcas auri: & sic habito respectu ad monetam hoc anno Domini 1463. in hac patria Delphin. currenti, de qua moneta traduntur 25. grossi pro scuto auri, nunc cursum habente valent quingenti aurei legales, de quibus in dictis iuribus fit mentio, videlicet mille & quingentos florenos monetæ nunc currentis. † Et ista sunt singularia & attendenda, quia etiam faciunt ad materiam inscriptionis ad sciendum de valore quingentorum aureorum, ultra quam summam sunt prohibitæ donationes fieri sine insinuatione, iuxta dictam l. si quis pro redempione. Quæ tamen donationes excedentes summam quingentorum aureorum, si iuramento firmentur, dixi in Decisionibus Curiae Parlementi Delph. q. 350. & q. 610. & plenius in 32. Consiliorum meorum, in secundo dubio. Circa tamen valorem & solutionem dictarum marcarum libratur, & solidorum attendi debet mos & consuetudo patriæ, iuxta l. circa. C. loca. & not. in l. si quis argentum. C. de dona de quibus usu & consuetudine praesentis patriæ esset in iudicio articulandum & probandum, quia licet ius certum, ideo non probandum non sit, est in usu & consuetudine, tlicet consuetudo sit ius non scriptum: quæ tamen cum non sit certa, debet probari, idem de Aretio, doctor nouissimus. qui decessit ab humanis Ferrariae, ibi actu legens à quinque annis circa, & ponit ista ipse de Aretio latius. ff. de ope. noui nunc. super rubr. † Sed quia in instrumentis contractu quinque reperiuntur scripti floreni ponderis mercabilis: quero qui sunt isti floreni, dic quod sunt floreni in quibus mercatores contrahere & mercari consueuerint ab etymologia vocabuli, seu usu communi mercatorum loquendi agnomen suum recipiens, sicut dicimus de tuto. Insti. de tutel. in prin. in §. 1. & in l. 3. §. sciendum. ff. de off. præfect. vigil. significatio enim verbi quandoque impropperatur ex communii usu loquendi, ut dicit de Aretio, in d. rub. de noui ope. nunc. & in hoc declaratur diffe

differentia, si in aliquo instrumento dicatur florenos auri grossi ponderis, vel communis ponderis, aut ponderis mercabilis: nam ex talibus qualitatibus adiectis diuersitas statim comprehenditur, quae diuersitatem operatur. I. si idem. C. de codi. vbi ex diuersitate nominum, seu qualitatum sequitur diuersitas effectuum. I. prætor. §. dotem. ff. vi bo. rapt. & ideo aliud est in libra auri, & aliud in libra argentil. l. quotiens. C. de suscep. & archariis. lib. 10. & l. 2. C. de Episc. audien. & l. quicunque. C. de seruis fugit. & istud est utile hodie propter contractus qui diuersimodè fiunt.

§. Fisci.

S V M M A R I V M.

1. *Fiscus quid.*
2. *Quid Camera fiscalis, Camera computorum, & Camera Apostolica.*
3. *An procurator fiscalis intentare possit remedium huic statuti.*
4. *An postulationem procuratoris fisci res possit sequestrari.*
5. *An concordia priuata partium praividicat quominus pena decem marcarum fisco adiudicetur.*
6. *An violentus incarcерari possit pro mulcta fisco applicanda.*
7. *Secretary Curiarum exigere non debent decimam mulctam à condemnatis, & si exigant, qua pœna sint mulctandi.*
8. *An fiscus agere possit actione reuocatoria contra condemnatum qui alienauerit in fraude: Vbi, an fiscus in penis habeat saltem tacitam hypothecam: & an creditorib. priorib. preferatur.*
9. *An fiscus succedens in omnibus bonis habeatur loco hereditis, Vbi, an teneatur facere inuentarium: & an fiscus lesus restituatur in integrum. Et an testes pro parte priuata examinata probent fisco.*
10. *Priuatus instrumenta fisco ostendere tenet, eisī contra se faciant.*
11. *An requiratur solennitas quando pro debito fisci venditur res priuati, & an retractetur venditio. Vbi, an Bannareti habeant fiscum. An ciuitas.*
12. *Neceſſe non est ut in quolibet processu producat fiscus mandatum. Vbi, de contractibus in quibus addicitur pena, cuius medietas fisco applicatur, & alia fisci iura.*
13. *Consanguineus uxoris præfertur fisco in successione mariti: An debitor fisci possit cedere bonis. Cui applicentur bona eius qui se interfecit.*
14. *Quando agitur de pena fisco applicanda, an dicatur actio criminalis vel ciuilis. Vbi, quid sit agere ciuiliter vel criminaliter. Et quando lex imponit pœnam simpliciter, cui applicetur, an parti, an fisco.*

Quarto pro declaratione huius, quid dicatur fiscus? dic quod dictus est *fiscus, quia fixus, vel firmus, quia ipse solus semper est soluendo: ita dicit glo. C. de iure fisci. lib. 10. super rubrica, vel secundum Bald. fiscus est custos sacrifista. l. animatus & armatus. & etiam sacrifista, seu repositorym publici thesauri, & vice publicæ personæ fungitur, & eidem donari & legari potest. & habet procuratorem qui agit & conuenit nomine fisci, & est saccus, siue conscientia quæ imbursat omnia male acquisita, ista sunt verba Bald. in feud. in titul. de pa. iura. fit. in cap. 1. §. ad hoc tamen licet Bald. ibi dicat, quod fiscus omnia male acquisita imbursat, credo quod ipse voluit loqui de fisco patriæ Italiae, vne ipse Bald. fuit oriundus, quia circa montes fiscus maximè præsentis patriæ Delphin. nulla male acquisita imbursat, quia patrimonium Domini nostri Regis Delphin. & alia iuria fiscalia iudicantur & determinantur per dictam Curiam Parlamenti Delphin. quæ*

Curia etiam in causis fiscalibus rite & recte partibus in suis iuribus exaudiitis procedere consuevit: & licet Bald. vbi suprà, videatur etiam distinguere de principibus, qui habent propriè fiscum, tamen indubitatum est quod noster Rex Delphin. etiam in hac patria Delphin. habet, & habere consuevit propriè fiscum, qui iure fisci enit, & vti consuevit. & de hac materia quid sit fiscus: & an res publica, & fiscus sint idem, vide gloss. & plenius per Bartol. & Angel. de Perus. fratrem Domini Bald. C. de iure fisc. 2 lib. 10. super rubr. † Sed quid dicatur Camera fiscalis? dic quod dicatur domus in qua scriptura patrimonialia, & alia iura fiscalia reponuntur: nam fiscus dicitur saccus, ut supra dixi: & augente imperio saccus non sufficiebat pro præmissis reponendis, ideo subrogata fuit vna domus, ita dicit gloss. ordin. in l. in prouinciis. C. de numerariis actuariis, & cartulariis, lib. 12. quæ domus expost fuit appellata Camera fiscalis, seu imperialis, ut c. 1. §. si quis ausu, ibi pœna. c. librarum auri. camera nostra inferēda, quæ Camera in regno Franeç, & in hac patria Delphin. camera Computorum appellatur: & in Curia Romana. camera Apostolica, vt de hoc plenè per Iac. Rebuff. in l. 1. C. de 3 iure fisci. l. primo. † Sed an dominus procurator fiscalis Delph. poterit inuentare remedium huiusmodi statuti si quis. si quis suo ausu temerario spoliet dominum nostrū regem Delph. possessione alicuius rei: videtur quod sic de iure communī, per l. si quis in tantam, in princ. ibi, apud fiscum. C. vnde vi. in contrarium videtur propter libertates generales præsentis patriæ Delphin. in 36. c. in quo disponitur, quod pro occupatione rerum & iuriū Delph. non procedatur, nisi duntaxat via ordinatio. Sed remediū huius statuti si quis, est extraordinarium, quia in multis derogat iuri communī, vt dixi supra, in gl. super verbis, etiam absque violenti euocatione. Et sic videtur quod deberet dominus procurator fiscalis intentare cōditionem ex d. l. si quis in tantam: & non remediū huiusmodi statuti si quis. & sic remanet hæc quæst. pro vtraque parte dubia, cuius decisionem relinquo spectabilibus Dominis meis Præsidentibus & Consiliariis dicte ven. Curiæ Parlamenti Delph. cum tangat fiscum, & ad me Guidonem propterea non spectet decisio sienda, immo ad ipsos dominos ad quos spectat legem & statuta cōdere, & ea interpretari secundum Bart. in l. 1. in 3. col. ibi, veniamus ad tertiam partē, &c. ff. si cert. pet. cum ipsi vice præfecti præt. fungantur per ea quæ ponit plene Specul. in 4 tit. de iuri sd. om. iud. in prin. † Sed iuxta hoc querō, si fiscus velit mouere contiouersiā alicui pro aliqua re, an illa res poterit sequestrari ad postulationem domini procuratoris fiscalis, donec de causa fuerit cognitum? Bart. concludit quod non, in l. mulier, in prin. ibi, pro cuius declaratione quero, & c. ff. de lege commissoria. & Bart. & Angel. de Perus. in l. defensionis facultas. ibi, venio ad secundam partem, & c. in f. C. de iure fisci. lib. 10. Et de hoc tetigi in Decisionibus dictæ Curiæ Parlamenti, q. 36. dicunt tamen Bart. & Ang. de Perus. vbi suprà, quod si reus sit contumax, & aufugiat bona possunt in inuentorio describi, ne perdatur, d. l. mulier. inducunt aliqui pro Regibus quod si quis accusetur de criminе, vel sit priuādus bonis suis, quod bona debet esse interim in manu fisci. Sed Bart. ibi determinat cōtrariū, in 3. col. ibi, per istā l. ducunt reg. &c. † Iuxta materiā huius statuti si quis quaro, spoliatus obtulit supplicationem Iudicii, in qua petit sumi confirmationes super possessione & spoliatione, partes priuate inter se cōcordauerunt. An talis cōcordia poterit fisco præiudicare, quo minus declaretur fisco pœna decem marciorum argenti contrā violentum: credo quod talis cōcordia non obstat quin dicta pœna debeat declarari & fisco adiudicari, quia in criminalibus pactum, seu remissio partis non nocet, quo ad pœnam publicam, vel quo ad pœnam fiscalē vt not. glo. & ibi Bald. in l. 2. ff. ad Sylleyan. Nam sicut Princeps non esset proprio motu liberando aliquem auferre pœnam parti applicandam. l. venia. cum ibi no. per gl. & Doct. C. de in ius voc. ita & contra, quando est pactū priuati non debet nocere fisco. ita dicit

Ang. de Aret. in l. 1. §. & post operis, in fin. ff. de nou. ope. nunc. & alibi dicit Salic. quod si pendente accusatione partes inter se cōcordent, potest iudex nihilominus super accusatione procedere ne delicta remaneant impunita. ita dicit ipse Salic. in l. abolito. C. de abolitionib. † Sed iuxta hoc quārō, violentus condēnatus non habet vnde sol- 6
 vere: sed receptor iurium Delph. non vult bona cōdemnari capere, sed vult quod ipse incarcetur, donec soluerit pœnam declaratam vigore huiusmodi statuti, an debeat incarcari: dic quod sic: maximē si fuit in contumacia non soluēdi, vt not. per Bart. in l. cum eo. ff. ad l. Iul. peculatus, in secūdo notabili. De hoc etiā tangā infrā, in glo. super verbo, mitigatione, in fi. De materia incarcerationis pro debito ciuili, & si valeat pa-
 stum quod quis incarcetur pro debito priuati: & de pacto quod teneatur hostagia per debitorem, vide plenē per Bart. in l. Titio. ff. de condit. & demon. & si quis pro de-
 bito fiscali, vel priuato possit incarcerari, vide plenē per Ioan. de Ferrar. in titul. forma executionis sententiae, in 9. col. ibi, & addo quintū remedium, &c. & ibi plenē distin-
 guit. † luxra hāc materiā quārō, si graffarij Curiarum Parlamenti, & cæterarum Curia- 7
 rum Delph. debeant exigere decimā à condemnatis: de dictis decem marcis argenti? credo quod non: immo nec etiam de aliquibus aliis condemnationibus in causis cri-
 minalibus factis. Quia illi cōtra quos inquiritur nō debent satisfacere tabellioni cau-
 se, in Auth. vt nulli iudicunt. §. his insuper, colla. 10. & not. Archid. & Ioan. And. in c. vt
 officium, de hæreticis, lib. 6. in glo. super verbo, publicam. & ita quod tales decimæ à
 condemnatis non exigantur per graffarios, sive secretarios Delph. qui pro tunc erant
 in Curia Parlamenti fuit conclusum per dominos tunc de Parlamento existentes, vt
 scripti in Decisionibus dictæ Curiae Parlamenti, q. 434. & si contrarium faciant dicti
 graffarij ipsi incident in crimen concussionis. l. 1. & ibi. glo. ff. de concussionibus. idem
 tenet Ioan. And. in ca. statutum. §. accessorem. super verbo, metas. de rescriptis, lib. 6.
 etiam si exigeret à sponte soluentibus, secundum glo. in l. 1. C. de Salgamo hospi. non
 præstan. lib. 12. Et vltra alias pœnas iuris deberet eo casu talis graffarius repelli ab offi-
 cio. C. de offici. præfecti prætorio. & certæ alia pœna statuuntur contra Iudices, tam
 ciuiles quam militares, qui cōtrarium statuerent, & similiter cōtra graffarios, qui tales
 decimas exigere vellent in dicta anthen. vt nulli Iudices, in §. scientibus omnibus. Sed
 Franc. de Zabarellis videtur tenere, quod si talis graffarius non habeat stipendia ra-
 tione sui officij, quod ipse potest exigere salaryum ab inquisito. ita dicit ipse in Clem.
 81. §. porro. versi. notarij, de hæreticis. † Vlterius quārō, si cōdemnatus alienauerit in 8
 fraudem delicti, an fiscus poterit agere renocatoria? vide Ioan. Fab. Inst. de actio. in §.
 item si quis in fraudem. ibi, querunt doctores. de his autem qui cōtrahunt in fraudem
 fisci: qualiter puniantur, vide in l. qui in contractus. & ibi Bart. Cod. de iure fisci, lib. 10.
 Quārō vlerius si fiscus in pœnis habeat saltem tacitam hypothecam, sicut in contra-
 ctibus. l. quod placuit ff. de iure fisci? super quo dic quod ante sententiam latam fiscus
 in pœniis nullum ius hypothecæ habet, sed post sententiam sic, secundum Bar. vt refert
 Ioan. de Ferra. in tit. forma libelli, in actione reali, in gloss. super verbis, & legitimis titulis, in 17. col. ibi, ex prædictis appetit quod fiscus, &c. Sed si anteriores credidores
 habentes priorem hypothecam præferantur fisco: & si fiscus habeat tacitam hypothecam in pœniis fiscalibus dicam infra, in gl. super verbo, mitigatione, in fi. † Et an fiscus, 9
 succedens vniuersaliter alicui in omnibus bonis habeatur loco hæredis, vide in l. non
 intelligitur. §. cum ex causa. ff. de iure fisci. & ibi Bart. & idem Barr. in l. quotiens. ff. de
 noua. & in l. creditor. ff. de solutio. in prima oppositione: sed an fiscus, vel is qui vitetur
 iure fisci teneatur facere inuentarium? dic quod non, quia non tenetur vltra vires hæ-
 ditarias. l. 1. §. an bona. & l. non possunt. ff. de iure fisci. ita dicit ibi Bart. & ibi reputat
 text. tamen in contrarium videtur in Auth. de hæred. & Falcid. §. pen. ibi, imperiali, &c.

col. i. per quem. §. iura antiqua videntur correcta. super hoc tamen cogita, quia dubito in decisione fienda. stylus tamen Curiatum seruat opinionem, quod fiscus non tenetur ultra vires haereditarias, etiam si non confecerit inuentarium. Sed an fiscus laesus possit in integrum restituī, Petr. & Cyn. tenent quod non, in l. res publica. C. ex quibus causis maio. in quæstione prima, & vide rationes quas ibi ponunt: vide super hoc etiam Ioan. Fab. Institut. de actionibus, in §. rursus, circa finem. Ulterius querō, an testes pro parte priuata in materia huius statuti. Si quis, examinati pro sint parti fiscalis, respectu declarationis dictarum decem marcarum argenti. de hoc plenè scripto supra. in glossa, super verbis, absque violenti euocatione, & ibi sufficiat remissio. † Ulterius querō, aliquis habet penes se instrumenta aliqua facientia pro fisco, & contra illum qui ipsa instrumenta habet penes se. An ipse cogi debeat ipsa exhibere, & fisco edere? videtur quod non, quia nullus tenetur contra se arma parare, & iuribus vulgatis. Sed dic contra in hoc casu, quia immo tenetur ea fisco ostendere, etiam si contra se faciant in l. secunda. C. de eden. & notat glo. C. de iure fisci, super rubrica, & ibi enumerat gloss. multos casus speciales pro fisco contra priuatum, & si priuatus recusat edere fisco talia instrumenta præsumitur ea fisco subtraxisse. l. 2. §. Diuus. l. 2. ff. de iure fisci. & ibi Bartol. & de hoc etiam tetigi in tractatu meo de præsumptionibus, in versiculo, Sed quilibet tenetur, &c. & alibi dicit Bartholus, quod instrumenta coram fisco & priuato debent penes fiscum remanere, in l. forma. C. de vñditione rerum fiscalium, 11 lib. decimo. † Ulterius querō, quæ solemnitas requiratur, quando vendit res priuati pro debito fisci, nota in l. si quos. C. de rescindenda venditione, vide in l. si minori, & ibi glossa. & Angelus de Perusio. C. de iure fisci. & tetigi in Decisionibus Parlamenti, qu. 149. An retractetur venditio facta pro debito fiscali si solemnitates debitæ non fuerint seruatæ, & minori pretio venditio facta? dic quod sic, & restituitur pretium, in l. fi. C. si aduersus fiscum. Si Bannareti habeant fiscum? vide scripti in dictis Decisionibus. q. 76. & tangam infra. in gl. fi. super verbo, clandestine, ibi, ulterius querō, &c. Si ciuitas possit habere fiscum? dic quod non, de iure, in l. i. C. de bonis vacantibus. 12 lib. 10. & no. Bald. in ca. primo, de pace tenenda & viola. † Et circa hæc iura fiscalia est aduertendum, quia quilibet idoneus potest ea intentare in subsidiū. secundum Accurs. in l. 3 in §. à municipibus. ff. de bo. possess. Si procuratore fiscali præsumatur sicut dicimus de Iudice, vt non sit necesse quod in quolibet processu ipse idem faciat potestate? dic quod pro tali procuratore fiscali præsumitur, & non est necesse quod producat mandatum suum in quolibet processu, vt scripti in Decisionibus Parlamenti, q. 259. De contractibus in quibus adiicitur pœna, cuius medietas applicetur fisco, & alia medietas parti, vtrum & qualiter valeat vide Bart. in l. 1. ff. de iure fisci. Sed an tales pœnæ adiectæ in contractibus per contrahentes possint peti in foro conscientiæ, si committantur tales pœnæ, vide quæ plenè dixi in tractatu meo, quem feci super materia legis, si quis maior. C. de transactionibus, in §. q. & in aliо meo tractatu qui intitulatur de contractibus illicitis, qui usurarij dici possunt in §. quid si est pœna, an in causis fiscalibus Iudex possit procedere ex officio suo, vide in l. 2. §. Senatus. ff. de iure fisci. Quanto tempore res fisci præscribatur, vide ff. de diuersis & temporalibus præscriptionibus. l. in omnibus. An debeat condemnari fideiussor cuius bona sunt confiscata, vel an fiscus vide in l. si testamento. §. fi. ff. de fideiussi. si emens rem quæ pro fiscali debito vendit, succedat loco fisci, vide Bartol in l. cum ratio. §. fi. ff. de bonis damnatorum, & in l. si tertius. §. si quis purè. in 2. quæstione, ff. de Aquæ plu. arcenda. De hac materia iurium 13 fiscalium tangam etiam infra, in gloss. super verbo, mitigatione, in princip. & in fin. † Consanguineus vxoris præfertur fisco in successione mariti, sicut ipsa vxor, not. Inst. de nuptiis. §. mariti. Si debitor fisci possit cedere bonis, vt euitet carcerem Barto. quod non,

son, in l. cum eo. ff. ad l. Iuliam. peculatus maximè quando ex delicto fuit condemnatus secundum Salyc. & Docto. in l. quicumque. C. de seruis fugiti. Si quando & cui applicentur bona illius qui seipsum interfecit. vide Cyn. & Doct. in l. 2. C. qui testam. facere poss. † Quando agitur ad poenam fisco applicandam si causa dicatur civilis vel 14 criminalis. vide Salyce. in l. 1. C. de sepulchro violato. Circa hoc dic latius quod tunc dicitur agi civiliter quando pena debet parti applicari. Si autem fisco tunc dicitur agi criminaliter, vt videtur velle gl. in l. 3. super verbo aureorū. ff. de sepulchro violat. Tamen alibi videtur dicere gl. quod dicitur agi civiliter quando imponitur pena pecuniaria, criminaliter quando pena corporalis. vt not. in l. si qua per calumniam. C. de Epi. & cler. & l. qui sepulchra. C. de sepul. viol. & l. 1. C. quando civilis actio criminis. præiudicet, super verbo civiliter. Alibi videtur velle glo. quod quandocunque agatur de crimine siue ad imponendam poenam parti, siue applicandam fisco dicitur agi criminaliter, quia de crimine agitur. ita not. in l. lex Cornelia. in princ. ff. de iniuriis, licet male dicat secundum Bart. in d. l. 3. ff. de sepul. viol. Sed veritas est secundum Bart. quod dicitur in d. gl. super verbo aureorum. & ita tenent Doct. & pro hoc extra de Procur. c. tuz. Inno. etiam approbat dictam gl. super verbo aureorum. in c. qualiter. leg. 2. in glo. quando agitur, &c. extrā de accusa. Ioan. de Ferrariis. in tit. libellus pro poss. tut. in glo. 1. super verb. coram vobis, &c. etiam tenet quod dicitur causa criminalis ubi pena applicatur fisco, quando lex, statutum imponit penam simpliciter, vel cui applicetur, an parti vel fisco? vide plenē per Bart. in l. Agraria. ff. de termino amo. & vide quæ dixi in 130. Consiliorum meorum.

§. Applicandis.

S V M M A R I V M .

1 Cur potius fisco quam pauperibus applicanda fuerit mulcta decem marcarum argenti:

2 Concordia partium ante declaracionem mulcta non impedit quo minus fisco declaretur: Vbi, an dicatur actio civilis vel criminalis.

3 Quo iure & qua actione petitur mulcta à fisco.

Vlt̄ ergo hoc statutum si quis, quod dicta mulcta decem marcarum argenti applicetur fisci ærario. Sed forte melius fuisset statutum quod deberet dicta mulcta decem marcarum argenti pauperibus Christi applicari, siue erogari: sicut in simili dicit glo. in l. si clericus. C. de Episc. aud. Sed credo quod dictæ decem marçæ argenti fuerunt statutæ applicari fisco, ad magis refrænandum audacias hominum violentium indebitè, alios sine causæ cognitione propria auctoritate eorum bonis spoliare: quia multi potius dubitant fiscum quam Deum vt legitur in auth. de non alienandis aut permutandis Ecclesia. reb. in §. si quis igitur: ibi vt metu suæ substantiæ. & si non propter Dei timorem, &c. col. 2. Et quia qualidoque aliqua statuuntur ad refrænandum malitias hominum quæ alias non statuerentur in l. fin. circa medium. C. vnde vi. † Sed si partes privatæ inter se concordent ante declarationem poenæ, an impedietur declaratio fieri fisco? dic quod non, vi plenē dixi suprà in gl. super verbo fisci in quarta quæstione. Ulterius quæro, quia hic agitur de pena fisco applicanda: an dicetur causa civilis vel criminalis, vide Salyce. & Doct. in l. 2. de sepulchro. vio. & dixi suprà in præcedenti glo. super vers. fisci. in fin. † Sed iuxta hoc quæro quo iure & qua actione petitur pena fisco applicanda? dic 3 quod conditione ex lege vel actione in factum, secundum glo. & Bart. in l. si quis. C. de

his qui ex publicis rationibus: nisi pena veniret ipso iure applicanda: quia tunc alio modo peteretur, ut ibi Bart.



§. Mitigatione.

S V M M A R I V M .

- 1 *Quis Index mitigare possit vel remittere hanc multam inconsulto fisco.*
- 2 *Præses prouincia potest bannimentum propter inopiam etiam inconsulto principe remittere.*
- 3 *Creditores pœnis fiscalibus preferendi sunt.*
- 4 *Fiscus an habeat bona debitorum tacite obligata ex contractu vel quasi. Ubi, an ex delicto vel quasi habeat bona obligata, & quando incipiat obligatio fisci.*
- 5 *An pena à lege ordinata possit propter inopiam remitti.*

- V**lt † ergo dictum statutum *siquis*, quod Iudex possit mitigare dictam multam decem marcarum argenti secundum modum violentie, & facultates violenti, immo & propter inopiam posset in totum remitti secundum gl. in l. & in multis. C. de appellationibus, quod intelligerem in præside prouinciae qui potest multam propter paupertatem etiam inconsulto fisco remittere, vt dicit Ang. de Aretio in tractatu suo de maleficiis, in glo. super verbis qui Iudex videns quod inquisiti non comparent, &c. in 7. col. ibi, ex quo sequitur. † Idem etiam potest præses prouinciae bannimentum etiam propter paupertatem inconsulto principe remittere, vt ibi Angel. de Aretio. ideo si Iudex non moderet dictam pœnam prout conueniens erit, poterit ab excessiva taxatione, sive condemnatione appellari, vt dixi plenè suprà in gl. super verbo multabitur, in quest. fi. Et similiter etiam poterit appellari si declaretur multa in casum in quem hoc statutum non haberet locum, vt dixi etiam suprà in d. gloss. multabitur. † Sed pone contra aliquem fuit dicta multa decem marcarum argenti declarata per Iudicem. exactoriuri Delphinalium compellit partem condemnata, ad soluendum: veniunt creditores anteriores, dicentes quod bona non sufficiunt pro solutione multæ: & propterea se præferendos cum habeant priorem hypothecam, & docent per instrumenta, an debeant auditri? dic quod sic, per l. in summa. ff. de iure fisci. & per l. vnicam. C. de pœnis fiscalibus creditores præferri. lib. io. attamen ipse violentus condemnatus incarceratedatur: donec soluerit fisco pœnam declaratam. vt dixi suprà in glo. super verbo fisci. ibi, sed iuxta hoc quæro. † Circa hanc materiam, nota quod fiscus habet bona debitorum tacite obligata ex contractu vel quasi vt not. gl. & Ang. de Perusio, in l. i. in prin. C. de iure fisci. lib. io. legitur & not. in l. quod placuit. ff. de iure fisci. Sed an ex delicto vel quasi etiam habeat bona tacite obligata fiscus? vide Bart. in d. l. i. in princ. Sed si fiscus habeat tacitam hypothecam in pœnis fiscalibus, vide plenè per Bart. in d. l. vna. C. de pœnis fiscalibus creditores præferri, & ibi tenet quod non habet tacitam hypothecam contra gl. dic vt ibi plenius. Sed Ioan. de Ferrariis, in titulo forma libelli in actione reali, in glo super verbis, veris & legitimis titulis in 16. colum. ibi, ex prædictis apparent, &c. dicit quod ante sententiam nullum ius hypothecæ habet fiscus, post vero sic: de ista materia & de materia fiscali, plenius dixi suprà in glo. super vero fisci. † An pena à lege ordinata, possit propter inopiam remitti sicut suprà dixi in multa? dic quod non, prout legitur. & not. per Doct. in Lquicunque. C. de seruis fugitiuis: ratio differentia: quia multa imponitur à ministro legis, ideo potest eam remittere propter inopiam: quod facere non potest quando à lege pœna imponitur, vt ibi dicunt Doctor. li-

Ceterum contrarium videatur in l. idem. ff. de bonis libertorum, ubi pena legalis potest in aliam mutari.

§. Violentia vero purgata.

S V M M A R I V M .

- 1 Quid dicatur & qualiter fiat violentia; & quo modo purgetur, & quando respondere tenetur violentius.
- 2 Si Index turbata tantum possessione concluserit esse violentiam audiri debet reus antequam soluat expensas, & in quibus rationibus. 3.
- 3 Verba statui sunt ciuiliter intelligenda. Ubi in iudicio possessorio admittitur exceptio evanescens possessionem.
- 4 Nomine expensarum iam soluta quam soluende comprehenduntur. Ubi an spoliato restituuntur debeat fructus si quos perceperit antequam teneatur respondere violentius.
- 5 Spoliator teneatur ad tria in quibus est condemnandus.
- 6 An appellatione interesse comprehendantur fructus & contra: An in libello sic sit exprimentia certa quamvis fructus: An sententia laia super principali praividicet super accessoriis.
- 7 Qualiter petantur fructus: & quomodo ferat Index sententiam de fructibus: quo iure petantur diamma interesse: An appellatione damnorum comprehendantur interesse: & qualiter probentur damna.
- 8 Quando condemnandus sit violentius ad restituionem fructuum.
- 9 An violentius post latam sententiam processus principalis citandus sit visurus taxationem expensarum, fructuum, damnorum, &c. Et quid si violentius detineatur carcere.
- 10 An Procurator generalis ad omnes causas citari possit visurus taxationem expensarum, damnorum, &c.
- 11 An poterit contra talēm Procuratorem litis sententia mandari executioni, an contra illum qui se sponte obulit sine mandato.
- 12 An administrator bonorum possit nomine alterius pro absente domino conueniri. Ubi an appellatio impedit taxationem expensarum.
- 13 Non fieri solutio rerum taxatarum nisi prius cognito de causa appellationis.
- 14 An in taxatione expensarum debet ratio expensarum quas quis domi se fuerit.
- 15 Concordato de iniuria non videtur concordatum de expensis.

Vid dicatur † & qualiter fiat violentia, vide gl. & plenius Inn. in c. nuper. 1
super verbo violentia. extra de sent. exc. & gl. & Bart. in l. cum quærebar-
tur in gl. super verbo non vnde vi. & vnde vi. & text. in l. si quis in tan-
tam. eo. tit. ibi violenter inuaserit ex forma. ergo huius statuti si quis, de-
bet purgari violentia per in statum pristinū reductionem & expensarum
refacionem antequam violentius audiatur. Sic nec etiam de iure tenetur spoliatus ante
tempore spoliatori, in c. cum dilectus. extra de ord. cogn. & in l. si quis ad se fundum.
C. ad l. lulliam. de vi. & in c. reintegranda. 3. q. 1. & de hoc plenius dixi supra in gl. super
verbis restitueretur deiectus. in prin. † Sed quæro Index vel Commissarius non probata 2
electione proceditur ad reintegrationem ex forma huius statuti: quia forte assertus
violentus non fecit actum qui possit inducere spoliationem, sed turbationem posse-
sionis: sed Index vel Commissarius ignarus ex actu, ex quo inducitur turbatio credit
illum actum inducere spoliationem. An talis assertus violentus debet audiri super hoc
antequam soluat expensas factas in tali reintegratione: credo quod sic, tribus conside-
ratio

rationibus: primò, quia dictum statutum est conditionale, ut pater ibi probata possessione & electione, &c. Ille enim ablatius absolutus probata, &c. reddit ipsum statutum conditionale, iuxta l. à testatore. ff. de condit. & demonst. & in l. Thais. §. Stichum. ff. de fideicom. li. & est sensus. §. si fuerit probata electio. quia ipsa non probata deficere debet dispositio ipsius statuti quod non competit nisi electo à possessione, ut pater ibi probata possessione & electione. Ideo cum supplicans defecerit in probatione electionis deficere debet dispositio ipsius statuti. arg. in l. in conditionibus. §. hæc scriptura. ff. de conditio. & demonstra. † secundo, quia verba statuti sunt civiliter intelligenda, videlicet si ritè & rectè seruata fuerit forma idem statuti, per ea quæ dicit Barto. in l. Diuus. ff. de Testa. mil. & in l. i. §. i. ff. quod vi aut clam. & in l. prætor. ff. qui satisd. cogantur. Hinc est quod alibi dicunt Doctores. Quod statuto caueatur quod bannitus possit impune occidi, debet intelligi de ritè & rectè bannito, ut dicit ibi Barto. & Ang. de Ar. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. Tertio quia licet in iudicio possessorio, ut hic non admittatur exceptio concernens petitorum. Tamē bene admittitur exceptio concernens & enervans possessorum. ut dicit glossa. quam sequuntur Doct. super verbo testes. in cap. cam ad sedem. de resti. spol. & de hoc tetigi in 86. Consiliorum meorum, & vide 4 in singularibus meis. fol. 269. † Sed pone quod spoliatus propter inopiam, aut alias nondum soluit expensas, nec salarium Commissario: an ipse expensæ iam factæ, sed nondū solute debeant eidem spoliato, ante omnia solui: dic quod sic per verba ipsius statuti, ibi & expensarum: quia appellatione expensarum continentur, tā solutæ quam soluendæ. glossa. notabilis in l. quibus diebus. §. i. ff. de condit. & demonstr. Sed an spoliato debeant etiam restituvi fructus si qui medio tempore percepti fuerint à spoliatore antequam spoliatus respondere debeat spoliatori: videtur quod non, cum statutum non loquatur de restitutione fructuum, ideo extra easum suum extēdi non deber. arg. in l. si vero. §. de viro ff. sol. ma. quia si ille qui condidit huiusmodi statutum si quis, hoc voluisse bene expressisset & mentionem de fructibus fecisset sicut mentionem fecit de expensis, sicut in simili dicitur in c. ad audientiam. extra de decimis. & in l. vna. §. in autem ad deficien. C. de cad. tol. Sed contrariū credo: quia illa verba per in statum pristinum reductionem instituto adiecta operantur, etiā ad fructuum restitutionem, iuxta l. plus est. in fine. ff. de ver. sig. Maxime in hoc interdicto recuperandæ possessionis in quo veniunt fructus restituendi spoliato, etiam qui percipi potuissent, in c. grauis. extra de resti. fpo. legitur etiam, & notatur in l. cū quarebatur. C. vnde vi. & in l. si de possessione. eod. tit. & dicit glo. in c. i. extrā de Resti. spol. cum etiam talis violentus possessor 5 donec ab initio spoliationis fuerit in mala fide, pro quo l. certum. C. de rei vend. † Hinc est quod dicunt Doctores quod spoliator tenetur ad tria in quibus est condemnandus. Primò tenetur rem occupatam restituere. Secundò fructus reddere, videlicet præteritos & futuros, & veniunt tales fructus ex officio iudicis si non perantur. Et est speciale in hoc interdicto reintegranda, ut plenē per Io. de Ferrariis, in titulo forma libelli, in actione reali, in gl. super verbo simul cum fructibus. & ibi, vide plenē de hac materia fructuum. Tertiò damna & interesse soluere. & hæc probantur & nota in d. l. si de possessione. C. vnde vi. & in d. c. grauis. & in l. i. §. qui deiectus. ff. de vi. & vi arm. Et not. Ioannes de Ferrariis in titulo libelius. in causa spoliandæ possessionis. in glo. super verbis ad reintegrandum & restituendum, & facit quod dicit Inn. in d. cap. querelam de electiōnibus in gl. fin. vbi dicit, quod ex quo quis deiectus est habetur ratio fructuum & omnis causæ. † An appellatione interesse comprehendantur fructus, vel econtra si appellatione fructuum continetur interesse? Angelus de Perusio dicit quod sic, in l. loci corporis. §. in confessoria. ff. si seruitus venit. Sed an sit necessaria in libello exprimere certainam quantitatē fructuum? dic quod nō: sed sufficit quod postea in processu probetur quantitas.

titas prout erit possibile, ut per Cyn. in d.l. certum. C.de rei vend. & per Ioan. de Ferrariis in d. titulo forma libelli, in actione reali in d. glos. super verbis simul cum fructibus. Sed an sententia lata super principali expiret potestas & Iudicis officium super accessoriis videlicet super fructibus & expensis. vide notata in l. in summa. §. ei qui indebitum. & in l. fin. ff. de conditionibus indebiti. & in l. Iudex. ff. de re iud. & facit quod not. in l. sanctimus. C. de iudic. & in l. si quis cum totum. ff. de exceptionibus rei iudica. vbi tractat, utrum sententia lata super principali praividicet super accessoriis. & econtra. ¶ Qualiter petantur fructus, vel eorum existimatio, vide notata in l. diuortio. §. ob do-
nationem. ff. lolut. matr. Qualiter possit Iudex ferre sententiam super fructibus de fu-
turo, vide Angel. de Perusio. & Doct. in l. prima. C. de Iudi. & Innocentium in ca. inter
dilectos. de donat. inter virum & vxorem. Sed quo iure petuntur damna & interesse?
dic quodd officio Iudicis Batt. in L. insulam, in prima quæstione. ff. de verbor. obligat. &
in l. vinum. ff. si certum petatur. Sed an appellatione damnorum contineantur expen-
ses? dic quodd sic, in capitul. in nostra extra de iniuriis & damno dato. Sed qualiter pro-
bantur damna & interesse? dic quodd probata spoliatione probatur de damnis, & inter-
esse per iuramentum, in l. si quando. C. vnde vi. & ibi per Cyn. & notat Innocentius in
d. cap. grauis de testit. spol. & in ca. querelam super verbo substractam. de elect. & po-
nit Ioannes de Ferrariis, vbi suprà de existimatione damni fienda, in hac materia teti-
gi suprà in gl. super verbo restituetur deiectus. circa principium. ¶ Sed circa restitutio-
nem dictorum fructuum est aduertendum: quia si tales fructus non petantur à parte,
Iudex non debet violentum condemnare ad ipsorum restitutionem, secundum An-
ton. de Burr. & Ioan. de Ferrar. in tit. libellus in causa spoliatae possessionis, in gl. super
verbis simul cum aliis damnis. licet Hostien. & Innoc. tenuerint contrarium, dicentes
quod immo etiam si non petantur potest Iudex super hoc eius officium impartiri, cō-
demnando partem etiam in fructibus, ut de hoc plenè scripsi in Decisio. Parlamenti,
q. 40. Et hæc ultima pars est vera, maxime in materia huius statuti si quis quia specia-
le est in interdicto reintegranda, in quo veniunt fructus ex officio, etiam si nō fuerint
per partem petiti, ut dicit Ioan. de Ferrariis, in titulo forma libelli in actione reali, in
glo. super verbis simul cum fructibus, &c. Practica ergo huius statuti si quis, circa hunc
articulum fuit semper in iudicio seruata, & adhuc seruatur de stylo Curiarum. Quod
facta reintegratione violentus, & alij culpabiles de violentia citantur corā Iudice au-
diunt declarationem d. 10. marcarum argenti fisci æratio, & adiudicationem damno-
ri interest & expensarū parti priuatæ: & tunc ante adiudicationem & declarationem
præmissorū audierut violentus coram Iudice, si voluerit redarguere reintegrationem
& processum eiusdem de nullitate vel iniuritate, ut dixi suprà in gl. super verbo omni
allegatione, in prima & secunda quæstionibus, secundum tamen distinctionem, quam
feci suprà gloss. super verbis appellatione cessante, in q. fin. quia super iniuritate non
audiatur violentus coram eodem iudice, sed bene coram iudice appellationum, si fue-
rit appellatum, aliter nō: quia si non fuerit appellatum reintegrationem remanet firma nisi
redargueretur de nullitate, ut ibi dixi. ¶ Sed quia de stylo Curiarum præmissa nō con-
sueverunt taxari in sententia adiudicationis ipsorum interest & expensarū si violen-
tus debeat ulterius citari, visurus taxationem ipsarum expensarū fructuum damnorū
& interesse? credo quodd non de iure, quia sufficit citatio ad sententiam audiendam, in
cap. querelam. de Procuratoribus cum ibi notatis per Doct. Tamen de stylo omnium
Curiarum violenti, & eorum Procuratores qui causam conduixerunt consueverunt
citari, visuri taxationem præmissorum. Sed quid si violentus qui non haberet Procu-
ratorem erat incarceratedus, quomodo citabitur visurus taxationem præmissorum? dic
quod isto casu quando est incarceratedus sufficit: quod fiat citatio ad domum sue solita-

habitationis, per gloss. in l. 2. C. ex quib. causis maior. Sed quid si nullus reperiatur in domo: die quodd cedula seu copia citationis debet affigi in porta domus, secundum Innoc. in cap. si aduersarius. extra de eo. qui mitti. in possessionem causa rei seruandæ.

10 † Sed pone quodd violentus erat absens, sed habebat Procuratorem generalem ad omnes causas. An ille Procurator poterit citari visurus ad iudicationem dictarum expensarum, fructuum damnorum & interesse, & inde taxationem ipsorum, & causarum incipi in personam talis Procuratoris? credo quod sic, per l. eum qui res. C. de Procur. & l. quamuis de damno infect. facit l. 1. §. sufficit. ff. de administ. tut. Et istud est indubitatum quando Procurator non contradixit assumere onus defensionis causæ, vbi autem nollet assumere onus, nec comparere in causa, tunc bene reuocatur in dubium, si in contumaciam talis Procuratoris poterit procedi ad ylteriora causæ. Super quo propterea distingue, quia aut Procurator acceptauit d. mandatum generale forte in aliqua alia causa, aut non acceptauit. Primo casu potest citari & procedi contra dominum absentem in personam talis Procuratoris citati. Secundo vero casu non, vt hæc probantur in Clem. 1. de Procur. quæ Cle. credo fuit facta ad tollendum & declarandum varias Doct. opiniones, de quibus in cap. olim. extra de dolo & contumacia & in l. solent. ff. de administ. tut. & in d. l. eum qui res. & per Bar. & Ang. de Aret. in l. si finita §. Julianus. ff. de damn. infect. Et hoc verum, quia actor etiam in personam Procuratoris potest concipere petitionem suam secundum Inno. in c. inter dilectos. de fide instr.

11 super verbo Procuratore. † Sed an poterit contra tales Procuratorem litis sententia mandari executioni? Ioan. de Ferrariis in tit. forma executionis sententia in gloss. i. dicit quodd non. sicut nec contra tutorem & similes, super quo vide Specul. in tit. de executione sententia. §. sequitur vers. sed pone. & per glos. & Bart. in l. qui solidæ. § etiam. ff. de leg. 2. Tamen Angel. de Aret. dicit quodd potest mandari executioni contra Procuratorem in rem suam. in l. si se non obtulit. ff. de re iud. Si quis se sponte obtulit liti siue mandato pro alterius defensione potest contra eum, sententia mandari executioni. l. 4. in prin. ff. de re iud. fac. l. is qui se non obtulit. ff. de rei vend. hoc ponit Ioann. de Ferrar. vbi suprà in fine. Sed an administrator seu possessor honorum nomine alterius possit pro absente domino conueniri in iudicio? vide text. cum gloss. in l. 1. C. vbi rem actio. Sed si fuerit appellatum à reintegrazione, an talis appellatio impedit d. taxationem impensarum, fructuum, & interesse adiudicatorum? dic quod non: quia taxatio non est noua condemnatio, sed prioris duntaxat declaratio, quæ declaratio potest fieri non obstante appellatione. arg. in l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de test. & pro hoc 12 faciunt notata per Inn. & Ioan. And. in c. solicitudinem. extrà de appell. † Sed adverte in hoc casu: quia non fit solutio rerum taxatarum, nisi prius cognito de causa appellationis: quia ea pendente nihil est attentandum, iuxta c. non solum de appellationib. lib. 6. Maximè post inhibitionem, vt de hac materia attentatorum plene dixi suprà in 13 gloss. super verbo appellatione cessante. circa princ. † Sed iuxta materiam taxationis expensarum quæro de quæstione ad quam pauci iudices adiuvant, videlicet si in taxatione expensarum debeat haberri respectus ad expensas, quas qui domi suæ fecisset, verbi gratia, communiter petantur taxari pro die quinque grossi inclusio. in quo tamen pars quæ petit taxari exposuisset in domo sua cum æquo duos grossos. Nunquid debeant deduci illi duo grossi pro die de expensa taxanda? dic quod sic, secundum Innoc. in c. finem. de dolo & contumacia circa tamen hoc vide quæ scripsi de stylo Cu- 14 riarum in Decisionib. Parl. q. 625, † Sed pone quod ante taxationem d. expensarum partes priuatæ inter se concordauerunt de negotio principalí tacito de expensis. An tales expensæ poterunt postea peti? Ioan. And. in Nouella. de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ, lib. 6. super rubr. tenet, quod sic: pro quo facit, quia cōcor-

dato de iniuria non videtur cōcordatum de expensis. in cap. in nostr. extra de iniuriis.
& pro hac parte vidi iudicari in Curia Parl. Delph. licet ego adduxerim multas ratio-
nes in contrarium, quas scripsi in Decis. dictæ Curie Parlamenti, quæst. 55.



S. Audietur qui fuerit violentus.

S V M M A R I V M.

1 An audietur violentus in petitorio rei contentiosa, & quando.

2 Quid operentur hac verba audietur qui fuerit violentus, &c. & 3.

Sed † an audietur violentus in petitorio sive dominio rei contentiosa? , credo quod non: cūm ipse violentus, tam de iure quam ex forma huiusmodi statuti si quis, fuerit à iure suo , si quod habebat priuatus , seu per sententiam veniat priuandus , vt plenè dixi de hac quæstione , supra in gloss super verbo vltra. ibi, sed modo quæro , & hoc verum si spoliatus de hoc velit aduersus spoliatorem exciperet: quia si de priuatione iuris non exciperet, spoliatus, audiretur violentus super petitorio, quia non ipso iure, sed per sententiam, si pars perat priuabitur, vt prædixi. Sicut videmus in compensatione quæ licet fiat ipso iure, hoc tamen verum si per partem peratur, vt not. per gloss. in l. si constat. C. de compensat. sic etiam videmus in legitima filij, quæ repletur ipso iure. l. scimus. in prim. C. de inoffic. testam. sed. hoc verum si filius hoc peter, vt ponit gloss. in d. l. scimus. in princip. & in l. si quis ita hæreditatem. ff. de condit. instit. alias est. l. ei qui ita. Et idem in multis aliis casibus est necesse petere, vel excipe quos casus enumerani , etiam scripsi in Decisionib. Palamenti, quæst. 221. & quæst. 404. & habetur de hac materia per Angel. de Aret. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infect. Sed si in petendo declarari violentum perdidisse ius quod habebat in re contentiosa , sit necesse nouus processus. vide quæ dixi suprà in gloss. super verbis vltra penas. in quæst. penult. † Sed de quo operabuntur illa verba in hoc statuto si quis adiecta. ibi, audietur qui fuerit violentus super per ipsum allegandis: & dic quod operabuntur ; quia facta reintegrazione violentus audietur si velit allegare nullitates processus facti super reintegrazione, tam defectus Iudicis, quam asserti Procuratoris, qui processum conduxit pro spoliato, vt dixi suprà in gl. super verbo omni allegatione. in pr. gloss. in q. quæ incipit : an dictæ vel alia similes. & quæ nullitates poterunt, tractari etiam coram eodem Iudice vel coram superiori, vt dixi in d. gloss. super verbo omni allegatione, in q. quæ incipit, sed quæro. † Item etiam poterit allegare, quod ipse non fuit violentus, & quod ideo contra eum non habuit locum huiusmodi statutum si quis, vt suprà plenè dixi in gloss. super verbo testes. in q. quæ incipit, sed pone quod assertus violentus, &c. Et hoc verum intelligo quod de hac iniuitate poterit agi coram Iudice appellationum, si fuerit appellatum: quia coram eodem Iudice de hac iniuitate, videlicet quod non fuerit violentus agi non posset post reintegrationem nisi via nullitatis , vt plenè dixi suprà in gloss. super verbis appellatione cessante, in quæstio. final. & quando possit opponi aduersus reintegrationem, quod hoc statutum non habeat locum, vide quæ dixi in 86. Consil meorum. Item etiam poterit allegare quod ipse non est violentus : sed tertius possessor, vt plenè dicam infrà in gloss. sequenti. Ibi vltius quæro aliquis me spoliauit, &c.

§. Clandestinæ.

S V M M A R I V M.

- 1 Clandestinus possessor quomodo differat à violento, & quis dicatur possessor violentus.
- 2 Quis dicatur clam facere.
- 3 In Iudiciis possessoris obtinere debet, qui de antiquiori & insciorem possessionem probat.
- 4 Contra clandestinum quænam iuris remedia competant. Ubi, an ciuilis possessio excusat à vi-
tio clandestini.
- 5 An pro spoliatione beneficij intentetur remedium statuti Si quis, in curia temporali.
6. & 7. Statutum à laico conditum non ligat clericos.
- 8 An contra clericum spoliariem laicum poterit intentari remedium huius statuti Si quis.
- 9 An in foro temporali possit huiusmodi statutum Si quis, contra clericum intentari.
- 10 An in materia possessorij recuperanda possessionis alicuius beneficij spoliatus debent docere de
titulo, antequam reintegretrur.
- 11 Laicus per clericum spoliatus an poterit intentare remedium recuperanda possessionis in foro
spirituali. Ibi, peri potest restitutio eius, quod iure possideri non potest.
- 12 An reintegratio huius edicti fieri possit die feriata. An remedium huius edicti possit intenta-
ri post annum.
- 13 An si intentans remedium huius statuti narret se turbatum concludat, tamen se spoliatum de-
beat reintegrari. An statutum de nouis de suis finis poterit intentari post annum. An de casu
nonitatis.
- 14 Rescriptum Principis an euacuetur anno, quando locum habet prescriptio annualis, & à quo
tempore incipiat currere annus. An extendi debeat rescriptum Principis.
- 15 An intentari possit remedium huius statuti contra illum qui rem spoliatam à violento acce-
ptam possidei: & an possessione reintegr. &c.
- 16 Statutum non debet ad casum omissum extendi. Vbi, si ignorans rem alienam acceperit. Et ge-
neralis regula de aliena rei possessione.
- 17 Antertius possessor à Iudice vocandus ante reintegrationem. An competit remedium c. reinteg-
randam contra bona fidei possessorum.
- 18 An remedium can. reintegranda possit intentari coram Iudice laico, ubi actor & Reu sunt
laici.
- 19 An sit necesse in libello exprimere remedium quod proponi intenditur.
- 20 An exprimi debeat tempus spoliationis cum agitur interdicto unde vi. Vbi, an agens interdi-
cto unde vis formare debeat petitorum, & qualiter sit ferenda sententia, si cumuletur petito-
rium & accessorium, & agens probet in petitorio
- 21 Per qua verba quis videatur intentare petitorum. Unde, de verbo Pertinet, & de verbo
Confueuisse, Interfuisse.
- 22 An condemnatus interdicto unde vi sit infamis. An conditio ex capite querelam sit per-
petua. An violentus se excusans audiatur.
- 23 Quomodo probabitur violentum non dolo spoliasse, sed simplicitate. Vbi, quomodo scientia &
ignorantia probentur iuramento.
- 24 Perditio instrumenti probatur iuramento afferentis se perdidisse statim iuramento afferentis
omnia pauperibus distribuisse. Iuramenti nonem tacita conditiones.
- 25 Quomodo formari debeat libellus ut fiat reintegratio contra mandatam fieri spoliationem, &
quomodo differant spoliants, & is qui mandauit, ubi de differentia facti domini, & facti
familia.

- 26 An statutum habeat locum contra eum qui claudit iter ne possum transire, an dici possim turbatus vel spoliatus. Vbi de officio delegati & subdelegati.
- 27 An colonus expulsus à possessione corporali posset intentare remedium huius statuti, vel quae actio colono conueniat.
- 28 Colonus perpetuus, vel emphyteuta sibi possidet non domino: ideo intentare potest remedium huius statuti, & quid si dominus culpa coloni perdat possessionē, quomodo illi succurratur, vel si invertat colonus possessionem: vel emphyteuta alteri quam domino soluat pensionem.
29. & 30. An contra heredes precario possidentis vti liceat remedio huius statuti: vel contra illum qui sibi retinuit usumfructum. Ubi, an in Curiis Bannaretorum Delph. intentari liceat remedium statuti. Si quis.
- 31 Si quis per domesticos alium spolianerit possessione, an domestici excusentur à pœna huius statuti.
- 32 An forenses ligentur statuto Si quis.
- 33 An filius familias sine autoritate patris intentare possit remedium huius statuti: vel filius heres patris pro hereditate quam nunquam possedit.
- 34 Si testes alio modo dicant spoliationem factam quam qui libello proponitur fieri debeat reintegratio.
- 35 An istud statutum debeat in causa per partem agentem produci: Non licet ignorare generales consuetudines.
- 36 Si Index delegans excommunicetur, an Commissarius possit impediri, An in summarii causis si fiat litis contestatio renuncietur summarie cognitioni.
- 37 Quid significat verbum spoliatio, quid priuatio: Suspicans se posse repellere, perdit ciuilem possessionem, an haec queruntur ingresso clandestine.

Vlt ergo hoc statutum, quod sicut contra violentum fit reintegratio spoliati, 1 parte non vocata: quod similiter fiat contra clandestinum, etiā parte non vocata, licet qui clam ingreditur non inferat vim, & in hoc differt à violenta spoliatione in qua interuenit vis: quod secus, & in clandestina, iuxta l. claim possidere. §. undinas ff. de Acq. poss. & facit l. vim facit, cum ibi not. per gl. & Bart. ff. de vi, & vi arma. Et dicitur clandestinus possessor ille qui domino absente, & dubitans controvensionem Domini clādestinè ingreditur possessionem alicuius rei animo possidendi. l. clam possidere, in prin. ff. de Acq. poss. & in l. prohibere. §. si ff. quod vi aut clam, & not. quod ista conuertuntur clam possidere & iniuste, non autem conuertuntur clam & bona fide: & sic nulla clādestina possessio est iusta, ita notat Ang. de Are. in d. l. clam possidere in prin. ¶ & dicitur ille actum clam facere, qui taliter facit, quod non potest peruenire ad notitiam eius cuius interest, secundum Bar. in l. si. C. de his quæ ex publicis rationibus, lib. 10. Et refert idem de Are. in d. l. clam possidere. Idem etiam dicitur alio modo clam fieri, si in eo faciendo requiratur authoritas Superioris, siue Iudicis: & sine ea expediatur, vt dicit Bar. in d. l. fin. Item id quod publicè est consuetum fieri, si fiat coram duobus vel tribus testibus dicitur clam fieri. Ita dicunt Bar. & de Aretio, vbi supra. Et subdicti pse de Aretio, quod si probo de antiquiori possessione mea, tua quæ postea sequitur, presumitur clandestina. ita dicit idem de Aretio, vbi supra. Et Ang. de Perusio, in l. si quis diuturno. ff. si seruitus ven. & not. Inni. in c. pastoralis. de cau. po. & proprie. & Io. de Ferri. in tit. forma libelli pro posse iur. in gl. super verbo, hodie. & est ratio secundum Bal. in l. ordinatio. C. de rei vendi. quia ultimus possessor non potuit accipere possessionem, nisi primum spolianerit violenter, vel clādestinè. vnde sua possessio præsumitur clandestina, seu vitiosa, pro quo Bal. alle l. si finita. §. qui autē. ff. de dam. infect. ¶ Ideo in Iudiciis possessoris obtinere debet qui de antiquiori & iustiori possessione, probat, & not. Cyn. C. vti possidetis. l. vnic. & l. ultima. C. vnde vi. & facit quod dixi in

4 Decisionib. Parlamenti, q. 85. circa fin. † Et competit contra talem clandestinum etiam interdictum recuperandæ possessionis. l. i. in prin. & per totum ff. quod vi aut clam. & per consequens remedium dicti statuti *Si quis*, quod etiā locum habet in clandestino possessore, ut hic patet in tex. *Quia si* talis clandestinus possessor postea dominum redeuntem non admittat, vel suspicans dominus se posse repellit, tunc magis vi intelligitur possidere non clā d.l. clam possidere. §. qui ad nundinas. & facit quod dixit Panor. in c. cum causam. de rest. spol. & similiter contra clandestinum competit alia iuris remedia, videlicet remedium Canonis reintegranda, 3. q. i. & officium Iudicis. de quib. dixi supra in gl. super verbis, absque mandato iudicario. & not. Io. de Ferrar. in tit. libellus. in causa spoliatae possessionis, in glo. i. Sed an civilis possessio excusat a vito clandestini? dixi quod sic supra, in glo. super verbo, possessio. ibi, quintus effectus, &c.

5 † Sed iuxta materiam huius statuti *Si quis*, quero, an pro spoliatione alicuius beneficij, vel alterius rei spiritualis poterit intentari in Curia Parl. Delph. aut in aliquo foro temporali præsentis patriæ remedium huius statuti *Si quis*? videtur quod sic, cum possessorum etiam rei spiritualis non sit spirituale, ut dicit Archi. in c. i. de rest. spol. lib. 6. super verbo, in ciuib. immo est quid temporale, iuxta gl. in c. litteras. extra, de iuramen. calumniæ. Ideo Vincent. Doctor antiquus, vt refert Io. And. in c. fi. de iudi. fuit in opinione, quod Iudex laicus potest cognoscere de possessorio retinendæ & recuperandæ possessionis, etiam pro rebus spiritualibus. Idem tenet Francisc. de Zabat. in Clem. dispendiosam. de iudi. & tetigi de hoc in Decisionib. Curiæ Parl. q. i. circa tamen hanc quæstionem in materia huius statuti *si quis*, puto sic distinguendum, quia aut intèatur remedium huiusmodi statuti contra laicum qui spoliavit clericum beneficio suo, vel alia re spirituali: & tunc competit remedium huius statuti in foro temporali, cum possessorum sit temporale & non spirituale, iuxta supra allegata, aut clericus spoliavit clericum suo beneficio, vel alia re spirituali: & tunc dico quod hoc casu non competit remedium huius statuti *si quis*, per ea quæ dicunt latè Antonius de Butt. & Imola, in cap. quod clericis. extra, de foro compet. † Et quia etiam tale statutum per laicum conditum non ligat clericos, per ea quæ dixit Inn. in c. postulati. circa fi. de foro comp. & propter Auth. cassa. C. de sacrof. Eccl. facit c. quæ in Ecclesiariū. & c. Ecclesia sanctæ Mariæ. extra, de consti. de quo etiam tetigi in 149. Consiliorum meorū. Quæ auth. cassa, non solum restringitur ad Italicos, sed etiam habet locum ubiq; locorum: vt ibi dicunt gl. Bar. Bal. & Doct. Maximè quia parte non vocata proceditur super eodem: & sic est odiosum. ideo ad clericos non est extendendum. ita dicit Bal. in l. cunctos. ii. col. ibi. sed hic ultra queratur. C. de sum. Trin. & fide Catholica. & Bar ibidem, in q. 5. Præterea quod istud statutum non liget clericos, patet, quia si ligaret eos pœna decē marcarum argenti per Iudicem laicum contra clericos, declaretur quod fieri non potest in personis Ecclesiasticis: immo nec in clero primæ tonsuræ coniugato, per c. vnicum. de cler. coniuga. lib. 6. illa enim pœna decem marcarum argenti cum applicetur fisco, dicitur criminalis. vt dixi in gl. super verbo, fisci, in fi. & ita secundū hanc opinionem, quod huiusmodi statutum non liget, nec locum habeat contra clericos, & personas Ecclesiasticas fuit iudicatum in Curia Parlamenti, 1468. & de mense Octobr. in causa quorundam claustratorum sancti Antonij, qui dicebantur spoliasse quosdam alios claustrales eorum claustris & præbendis, & contra quos assertos violentos fuerat dictum statutum *si quis* intentatum: & qua diffinitione, ego Guido fui vocatus. nec obstat, quod possessorum etiam in re spirituali sit temporale, vt dixi in Decisionib. Curiæ Parlament. q. i. † quia non propter hoc habet locum statutum contra clericos, licet possessorum sit temporale, quia illud statutum disponit partem non esse audiendam: ideo propter hoc non ligat clericos. Si enim clericus contra clericum, vel ecclesiasti-

cam personā intentaret remedium huius statuti si quis in foro temporali, parte vocata, in materia possessorij, tunc Iudex temporalis posset cognoscere cum possessorum etiam rei spiritualis sit temporale, ut voluit gl. in c. litteras. de iuram. calum. & etiam auctoritate induiti Apostolici, de quo terigi in Decisionibus, q. 1. & ita etiam de possessoriis reintegranda & reuinenda cognoscit de consuetudine Curia Parl. regij Parisis. Si statuta laicorum ligent clericos, vide gl. Panor. & Doct. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ de constit. † Sed quid si Clericus spoliaverit laicum de sua possessione aliquius domus, vel al. 8 terius rei profanæ. An contra talē clericum poterit intentari remedium dicti statuti si quis dico quod non, in foro temporali, licet in spirituali bene, quia statuta laicorum non ligant clericos, ut supra dixi. Circa tamen hanc materiā aduertere, quia consuetudo patriæ, vel ciuitatis quæ respicit cōmuniter laicos, & clericos ligat omnes, non tanquam consuetudo laicorum, immo consuetudo clericorum, per gl. in l. ex ea causa, in gl. f. ff. de postu. & ar. in c. cum dilectus. de fide instru & melius in c. constitutus. de testi in inte. & si. not. per l. m. extra, de consu. in c. cum dilectus, in fin. consuetudo verò spiritualis laicorum, vel statutum temporale non ligat clericos, in c. 1. de iureio. li. 6. prædicta etiam ponit Host. in sum. de consu. in vers. sed pone quod inter, sed intellige dictum Inn. nisi consuetudo esset onerosa Ecclesiæ, ut per ipsum. extra, de cōsu. super rubr. circa finem, † Sed iuxta hæc quæro, si ergo in foro temporali non possit huiusmodi statutum contra 9 clericum intentari, an saltem interdictum unde vi recuperanda possessionis cōtra clericum in foro temporali, parte vocata, & via ordinaria poterit intentari: credo quod non quia, licet possessoriū non sit spirituale, sed quid tempore secundū gl. Archi. Vinc. de Zabarel. & cōmuniter Doct. vbi supra. tamen pro re temporali clericus non sortitur forum temporale, etiam in actione reali, ut dicit Bal. in Auth. si cler. C. de Epif. & Cler. & Pet. Iac. in tit. de duello. & super rubr. vbi bon. rapt. in tit. de Ac. in rem. & latius dixi in Decisionib. Curiae Parl. q. 76. circa fin. Sed Curia Parlamenti aliter seruat, vt scripsi in Decisionib. ipsius q. 1. † Sed an in materia possessorij recuperadæ possessionis aliquius 10 beneficij spoliatus debeat docere de titulo antequā reintegretur. Dic quod aut agitur contra merē laicum qui spoliauit clericū possessione sui beneficij, & tunc non est necesse probare de titulo: aut agitur contra Ecclesiasticum: & tunc sufficit quod spoliatus probet possessionem, & se fuisse missum in possessione beneficij, auctoritate ordinaria, absque alia probatione tituli; ita tenet Io. And. in addit. Spe. in tit. de testi. spoliat. in prīn. Idem etiam tenet Inn. ut ibi refert Io. And. Et hoc verum intelligo, si ageretur de spoliatione contra clericum in foro spirituali via iuris cōmuni, quia via huius statuti contra clericum agi non posset in foro spirituali, neque temporali, ut dixi supra, in q. præcedenti. Ulterius quæro, videmus quod aliqui laici domini temporales tenent & possident decimas in hac patria Delphinali, contingit quod Curatus loci vbi decimæ percipiuntur spoliauit talem dominum sua quasi possessione tales decimas percipiendi. An poterit laicus spoliatus intentare remedium huius statuti si quis, contra 11 talem clericum violentum? credo quod hoc statutum non liget clericos, ut supra dixi. † Sed an talis laicus dicta quasi possessione tales decimas percipiendi spoliatus per clericum poterit intentare interdictum recuperandæ possessionis contra clericum in foro spirituali? dic quod sic, quia licet aliqui voluerint dicere quod quia laicus non potest possidere decimas, quod ideo non debeat reintegrari in tali quasi possessione, & in hanc partem videtur declinare Ioan. Andr. in ca. ad decimas. de restitut. spoliatorum. lib. 6. Idem Archidiaconus in suo Rosario, ca. 1. 13. quæstione 3. tamen Bartol. Brixien. ibi tenet contrarium, quod immo potest hoc casu petere laicus reintegrationem aduersus spoliationem decimatum: quia ipse potest petere restitutionem eius, quod iure possidere non potest, ut in restitutione consanguinear., in cal. litteras, de restituzione spolia

spoliatorum. Item seruus petit restitutionem rerum domini absens, quas de iure possidere non potest. l. prima. C. si per vim, vel alio modo. Item vxor potest petere res donatas sibi à viro si spoliata est, quarum dominium ante habere non potest. ff. de vi. & vi armata. l. i. §. deiicitur. Item habens plura beneficia petit alterum si fuerit spoliatus & tamen de iure non potest illud possidere cum alio, in ca. referente. extra de præben.

12. †Quæro an reintegratio ex forma huius statuti *Si quis possit fieri die feriata, ob honorem Dei, vel Sanctorum?* credo quod sic, cum executio sententia etiam tali die feriato ob honorem Dei fieri possit, ut dicit Vincentius in cap. fin. de iud. quem sequitur Archidiaconus in ca. reintegratio, per viam statuti, si quos potest fieri die feriata, ob honorem Dei sicut sine iudicio 2. q. i. & de hoc latius scripsi in Decisionib. Parl. q. 215. Ulterius quæro, si remedium huius statuti *Si quis possit intentari post annum;* videtur quod non, per l. vi pulsos. C. vnde vi. in contrarium videtur & verius quod immo possit intentari usque ad tringinta annos, per l. fi. C. vnde vi. Sed quid respondebimus ad d. l. vi pulsos? dic secundum gl. ibi, super verbo, annus quod loquitur. d. l. vi pulsos, de his quæ ad violentum non peruererunt, ut debeat agi infra annum; de aliis vero quæ ad violentum peruererunt, perpetuo tenetur, id est, usque ad 30. annos, sic intelligit gl. d. l. vi pulsos. Et ideo dicit Inn. quod per lapsum anni non dicitur quis animo perdidisse possessionem, nisi usque ad 30. annos. in c. querelâ de elect. Bal. vero dicit quod etiam post decem annos audietur in l. postquam. ff. de usufr. earum rerum, que usu confu. vel minu. & tetigi de hoc etiam in tractatu meo de præsumptionibus, in §. non præsumitur animus, &c. Et hoc verū, nisi violentus possederit dictis decem annis, immo decem diebus notoriè rem contentiosam, vidente & sciente spoliato, quia tunc cessaret remedium huius statuti *Si quis plenè dixi suprà, in gl. super verbo, per decem dies.* Roffredus tamen in libellis suis in materia interdicti vnde vi. in fi. videtur velle quod si me vidente, aduersarius meus posse derit longo tempore, quod videor possessionē perdisse, alle. l. furtum. ff. de usuc. & propterea lapsu dicto longo tempore non possum intentare interdictū, vnde vi. †Sed quæro, tradit quis supplicationē ludici, in qua ipse intentat remedium huius statuti, & in narratione dicit turbatū, ex aliquo actu ibi declarato, & in conclusione dictę supplicationis dicit se spoliatū, petendo sibi prouideri, iuxta formā huius statuti, & se reintegrari, ut særissimè vidi tales supplications multa narrantes, & peius concludentes porrigi Iudicibus, an debeat reintegratio fieri? videtur quod non, cū ipse deducat in sua supplicatione contraria, videlicet turbationē & spoliacionē, vide tamen quæ plenius dixi suprà in gl. super verbo, vel quasi ibi, quæro spoliarius. & ibi reperies decisionem meā, quia hæc questio non mouetur per Doct. in iure scribentes. Ulterius quæro, an conditio ex d. Canone, querelâ. extra, de elect. sit perpetua dicam infra circa finem præsentis gl. Sed quid de statuto de nouis desaisinis quod practicatur in regno Franciæ. An poterit intentari post annum? dic quod non, de stylo Curiarum Franciæ, licet sit introductum ad instar interdicti recuperandæ possessionis. Et idē de casu nouitatis, quod etiam in regno Franciæ practicatur ad instar interdicti retinendæ possessionis, quod & de stylo Curiarū Franciæ non cōpetit, nec potest practicari, sive intentari post annum, ut de his scripsi plenè in Decisionib. Curiæ Parl. Delp. 14. q. 552. †Sed quid de rescripto Principis si euacuetur anno? dic quod ubi rescriptū impetratur ad agendum, tunc locum habet præscriptio annalis, c. plerunq; de rescript. sed ubi impetratur ad aliquid faciendum, vel excipiendum, tunc non habet locum præscriptio annalis, sed habet prolixius tempus, vel perpetuum. l. i. ff. de nundinis. & l. purè. §. ff. ff. de except. doli, facit l. falso. C. de diuersis rescr. Sed quando habet locum dicta præscriptio annalis à quo tempore incipiat annus currere? dic quod à tempore quo potest haberi copia Iudicis delegati & citati l. i. & 2. ff. de diuersis & temporalibus præscriptiōnibus.

13. Sed quid de rescripto Principis si euacuetur anno? dic quod ubi rescriptū impetratur ad agendum, tunc locum habet præscriptio annalis, c. plerunq; de rescript. sed ubi impetratur ad aliquid faciendum, vel excipiendum, tunc non habet locum præscriptio annalis, sed habet prolixius tempus, vel perpetuum. l. i. ff. de nundinis. & l. purè. §. ff. ff. de except. doli, facit l. falso. C. de diuersis rescr. Sed quando habet locum dicta præscriptio annalis à quo tempore incipiat annus currere? dic quod à tempore quo potest haberi copia Iudicis delegati & citati l. i. & 2. ff. de diuersis & temporalibus præscriptiōnibus.

tibus. Et est dictus annus ab initio utilis, sed postea continuus. Ita dicit Inn. in d.c. plerunque. An rescriptum Principis debeat extendi? dic quod non, quia rescripta Principis sunt stricti iuris, in c. Rodulphus. extra de rescript. Et not. Ang. de Aret. in l. i. § interdum. ff. à quibus appell. non licet. ¶ Vlterius quæro, aliquis me spoliauit possessio-
ne prati mei, vel vineæ meæ, postea facta spoliatione Titio alienauit: qui Titius ipse rē possidet. An potero intentare remediu huius statuti si quis videtur quod non, cum ille qui me spoliauit, non possideat, sed alius qui non commisit violentiam. Nam cū intenti-
dictū vnde vi recuperandæ possessionis sit personale, sicut & omnia alia interdicta, vt
dicit Inn. in c. inter dilectos. extra, de donationib. in gl. i. non competit nisi contra il-
lum qui spoliauit. l. cum à te. & l. 3. in princ. ff. de vi & vi arm. In contrarium videtur,
quod immo habeat locum etiam hoc casu remedium huius statuti si quis, cum inten-
tetur parte nō vocata: & sic non videtur facienda differētia quis possideat violentus,
vel alius. Quid dicendum? credo quod in casu præsent. quæst. nō possit intentari reme-
diu huius statuti si quis, quia d. statutū tantummodo disponit quod fiat reintegratio
absque violenti euocatione, nihil disponēdo de alio, quām de violēto: & ideo videa-
tur vocandus alius tertius possessor, de quo statutū nō disponit, nam disponēdo quod
violentus non vocetur, videtur disponere alium vel alios, de quorū præjudicio agitur
fore vocandos, quia vnius exclusio, est alterius inclusio, vt not. in ca. Raynaldus. super
verb. masculis. extra, de testa. facit l. maritus. C. de procu. & ille casus omissus, videtur
relictus dispositioni iuris cōmunis. ¶ Nec debet ipsū statutū ad casū omissum extēdi, 16
sed strictè intelligi, iuxta not. per Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & idem Bart.
in l. i. §. 1. ff. quod vi aut clam. Maxime cum huiusmodi statutū sit rigorosum dispo-
nens partem non vocari: ideo restringendū in ca. odia. de reg. iut. li. 6. & non amplian-
dum ad alium casum, etiam vbi esset eadem ratio, iuxta l. quod nō ratione ff. de legib.
& not. in auth. quas actiones. C. de sacros. eccl. Poterit tamen talis spoliatus contra ta-
lem tertium possessorem intentare possessionem reintegrandæ poss. de æquitate Can.
ipso tamen tertio vocato, iuxta c. s̄epe de rest. spol. si ille tertius scienter accepit rem
alienam, vt ibi dicit text. sed si ignoranter tertius accipiat, ipse tertius ignorans cōue-
nietur conditione ex Can. reintegr. 3. q. 1. ita dicit gl. in d.c. s̄epe in quo c. reintegranda
generaliter & indistinctè disponit quod qualitercumque, & quādocumque quis pri-
uatus sit possessione rei, & ad quascūque personas peruerterit, siue fuerit successor sim-
ilaris, siue vniuersalis, siue bonæ fidei, siue malæ fidei: & siue possessor habeat titulū,
siue non: & siue habuerit authorem bonæ fidei, siue nō, quod ante omnia spoliatio re-
stituatur possessio, vt not. Ant. de Butr. & Ab. Sicul. in d.c. s̄epe. & cōpetit d. remedium
c. reintegranda, etiam laicis, & pro reb. prophanis, vt no Ioan. And. & Ant. de But. in d.
c. s̄epe. & Bart. in l. si coloni. C. de agri. & censi. lib. i. r. Concludo tamen, salvo meliori
iudicio, quod cōtra tamē tertium, siue receperit rem in qua est cōmissa violentia igno-
rante, siue scienter rem esse vitiosam, quod non cōpetit contra eum remedium hu-
ius statuti si quis, sed debet agi contra tamē tertium aliis remediis iuris à iure Canon. vt
proximè dixi, introductis: & terigi suprà etiam in gl. in verb. restitucretur, in quib. re-
mediis intentandis ipse tertius debet vocari, & sic non potest locum habere hoc casū
d. statutū si quis disponens partem nō vocari: & si Iudex hoc casū procederet parte non
vocata, iuxta formam d. statuti si quis male faceret: & si ipse tertius non vocatus appellaret
Iudex causæ appellationis deberet tamē reintegrationem reuocare & nullare.
¶ Sed pone quod Iudex velit vocare tale tamē possessorem, & eum in suis iurib. exau-
dire ante reintegrationem, prout facere potest, si velit vt dixi sup. in gl. super verb. etiā
absque violenti euocatione. in f. ibi, immo plus crederem, & c. An saltem hoc casū ipse
Iudex poterit procedere ad reintegrationē ex forma huius statuti si quis crederet quod

non, quia interdictum recuperandæ possessionis non competit nisi contra illum qui spoliauit. l. cum à te. & l. 3. in prin. ff. de vi & vi arm. cū sit personale, vt dixi sup. in precedenti quæst. in prin. an remedium d. ca. reintegranda. 3. q. 1. competitat contra bonæ fidei possessorem, cum titulo? Canonistæ omnes tenet quod sic, vt dicunt Inn. & Host. in d. c. sæpe de rest. spol. & Archid. in d. c. reintegranda. Bar. tamen in l. rem quæ nobis. ff. de acq. poss. & Iac. Butr. in l. in ciuilem. C. de furt. distinguunt, dicentes quod si tertius possessor habeat causam à violato, tūc procedit opinio Canonist. secus si haberet causam sive tit. à bonæ fidei possessore, sed Canonistæ indistincte tenent quod etiam competit remedium dicti Canonis, etiam si possessor haberet causam à bonæ fidei possessor, vt dicit Ant. de Butr. & Abb. Siculus in d. c. sæpe, vt suprà dixi. † Sed an remedium d. cap. reintegranda possit intentari coram Iudice laico, vbi Actor & Reus sunt laici? videtur quod non, cum d. ca. reintegranda sit simpliciter factum in fauorem Ecclesiarum, ergo ad priuatas personas non debet extendi. l. si vero §. de viro. ff. solut. matt. in contrarium facit: quia pari seruitio, & mutuo iura Ciuilia & Canonica sibi inticem auxiliantur, iuxta ea quæ habentur in cap. 1. extra de offic. ordin. & in cap. 1. de noui operis nunciat. ideo licet ius Ciuale illud remedium prætermiserit, si ius Canonicum illud adinuenerit, poterit laicus ipso remedio vti, sic econtra in foro Ecclesiastico clerici legibus vti possunt, vt probatur in iuribus allegatis, & ista est veritas. & hoc idem tenent Ioan. Andr. & Ant. de Butr. in d. c. sæpe, & semper vidi in iudiciis temporalibus ita seruari & tollerari, quia supra, in gloss. super verbis, absque mandato iudicatio. & super verbo, restituetur deiectus, dixi quod contra violentum multa remedia compentunt. † Quæro, an sit necesse, vel vtile, quod in libello vel supplicatione exprimatur quo remedio? & dicunt quidam, quod sufficit generaliter libellum formare sic comprehendendi & intelligi in eo posse omne remedium: quam opinionem sequitur Inn. in d. ca. sæpe, circa fin. facit glo. in l. habebat, in prin. ff. de institoria. In contrarium tamen facit regula impediens cumulationem de sententia lata in vna actione, quæ parit exceptionem rei iudicatae, in alia, de qua per Dyn. in c. nullus plurib. de reg iur. ego credo consultius ad omnem cautelam & dilationem auferendum exprimere qualitatem illius remedij quod proponi intenditur: nec consulto propter difficultatem probationum quod aliquis intentet introductum vnde vi, sed potius conditionem ex dicto Canone reintegranda 3. q. 1. vel officium Iudicis: de quibus tetigi suprà in glo. super verbis, absque mandato iudicario, circa fi. & in gl. super verbis, restituetur deiectus. † Ulterius quæro si debeat exprimi tempus spoliationis, cum agitur interdicto vnde vi? dic quod sic, secundum Bart. in l. 1. §. siue autem. ff. de vi & vi arm. vbi autem ageretur ex beneficio d. c. reintegranda, vel officio Iudicis, vel conditione, ex l. si coloni. C. de agt. & censi. lib. 11. non est necesse exprimere tempus spoliationis, quia in eis magis attenditur factum, quæ propositum delinquentis: ita dicit Ioan. Ferrat. in tit. forma libelli in causa spoliatae possessionis in gl. super verb. ingressus. & idem dicere si intentaretur remedium huius statuti si quis, & ita etiam seruatur de stylo Curiarum, quia non declaratur tempus spoliationis de necessitate. Ulterius quæro, si spoliatus agens interdicto vnde vi possit intentare, seu cumulare petitorium? dic quod sic, nota. in l. com fundum. §. fin. fi. de vi & vi arm. & in c. pastorali & in c. cum dilectus. de cau. pos. & proprietatis. licet securius sit abstinere à petitorio propter difficultatem probationum. vt not. per glo. in cap. 1. de restit. spoliat. Et si cumuletur petitorium & possessorium, & agens proberet in possessorio, & non in petitorio qualiter sententia erit ferenda. vide textum notabilem in cap. cum Ecclesia Sutrina, de causa possessionis & proprietatis, & ibi casus. Et vide 21 quæ ponit Cyn. in l. incerti. C. de interdictis. † Per quæ autem verba quis videatur intentare petitorium cum possessorio, dicit Innocentius in cap. cum Ecclesia Sutrina, de cau.

de caus. pos. & propriè quod tunc quando vtitur illis verbis, pertinere, & spectare, per l. verbum illud pertinere. ff. de verb. sign. quia verbum, pertinet, importat dominium, vel quasi. l. sciendum. §. fin. ff. de verb. signifi. licet magis latè sumatur in l. verbum illud pertinere eo. tit. & in l. si quis ex argentariis. §. pertinere. ff. de eden. & alibi dicitur quā est verbum directum in l. licet. C. de pact. & ponit Bart. in l. Centurio. ff. de vulg. & pupill. Item verbum consueuisse, etiam denotat possessionem, vel verbū interfuisse, & similia. An condemnatus interdicto vnde vi sit infamis? dic quod sic, infamia iuris & non facti, vt not. Ioan. de Ferrar. in d. tit. in gl. super verbis, per vestram diffinitiua sententiam. An conditio ex d. c. querelam, de elect. sit perpetua, dic quod sic, sicut aliae cōditiones, vt dicit Innoc. in d. c. querelam, super verbo, subtractam. in quæst. penult. de elect. Sed quid si sumptis informationib. super possessione & spoliatione veniat reus & dicat domine Iudeus, ego dico, quod ea quæ probantur per me facta non feci animo nec intentione actorem spoliandi sua possessione, sed ex simplicitate vel ignorantia: video non incidi in pœnam huius statuti si quis. An bene dicat? dic quod sic, secundum Innoc. in d. c. querelam, in verbo subtractam, in quæst. penult. & facit ratio, quia in spoliatione requiritur dolus, vt ibi dicit Inno, facit l. 1. §. ad solam. & §. interdictum hoc, quia atrocitatem. ff. de vi & vi arm. & l. 2. §. doli. ff. de vi honor. raptor. dicit etiam Henric. Bohic. post Innoc. & Hostiens. in d. c. querelem, de elect. in 2. dist. in 2. membro suo distin. Sed cum cestet dolus: quia illud factum fuit ex ignorantia vel simplicitate dicendum est, non habere locum huiusmodi statutum si quis. Sed qualiter probabitur ille animus, quod non fecerit animo spoliandi? credo quod per iuramentum rei vbi aliter probari non potest: quia in his quæ dependent ex animo statutum iuramento. Inter omnes. §. recte. ff. de furt. & not. per doct. in l. 1. §. sed & si iure. ff. de aqua quoti. & asti. cum animus neque videri neque tangi possit, neque percipi. l. reprehendenda. C. de instit. & substit. sub condi. fac. & l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rer. ac. nō datur: sic etiam per horrescentia probatur, vt in c. statutum. de rescrip. lib. 6. & potest procurator super hoc iurare absque mandato speciali, & ibi videtur tenere Archid. & in ca. nulli. de elect. lib. 6. Sed secundum pragmatica sanctionem debet per partes probari. Sed etiam ignorantia vel scientia per iuramentum possunt probari, vt in d. ca. nulli in fine de elect. lib. 6. Et not. per gl. in c. significasti de homicidio in antiquis, & faciunt no. in l. præsentij. §. sic vbi. C. de his qui ad eccle. confuso etiam per glo. in c. eos de temp. ordin. lib. 6. & in c. innotuit de elect. vide Henric. Bohic. in cap. si verò. in vlt. distinct. de sentent. excommunic. Sic etiam videmus, quod si dicam instrumenta de nouo reperisse statutum iuramento meo vt ponit Bart. in l. admonendi in princip. ff. de iure iur. & vide in 137. Consiliorum meorum, vel si ego dicam ego reperi probations de nouo, stabitur iuramento meo, vt dicit Spe. in ti. de excep. in §. nunc dicendū. vel qualiter autem formabitur: ibi exigo iuramentū de malitia, &c. vel si dicam fuit protestatus, vel denunciaui aduersario meo, si non possim per testes probare, probabo iuramento meo, per ea quæ dicit Bar in l. si quis vel pecuniam. C. depositi. in si. Similiter etiam perditio instrumenti probatur per iuramentū afferentis se perdidisse. in l. si. C. de fide instru. & not. Spe. in tit. de instrum. edic. §. postquam vers. illud quoque notandum, & quod stari debeat in causa præsentis quæstionis iuramento partis, sentit gl. in Cle. præsentis, super verbo non negotiandi de censi. De hoc etiam scripsi in Decisionibus Curia Parlementi, q. 105. & q. 614. facit etiam quod ponit Barrol. in l. 1. §. 1. ff. de præto. stipulatio. Item statutum iuramento executorum testamenti afferentis omnia pauperibus distribuisse, per tex. secundum Bar. in l. si quis pro redemptione. C. de donatio. Item quod quis sit vñus iure seruitutis probatur iuramento. ar. in l. 1. §. æstiu autem. in tex. ibi puto probandum ex proposito ytentis, &c. ff. de Aqua quoti. & asti. nam vñus debet probari per

testes, sed pro iure seruitutis per sacramentum : quia illa quæ sunt in conscientia per solum sacramentum: possunt probari, not. in ca. præsentium de testi. & de sent. excom. in ca. 4. in gloss. super verbo soli: an iuramentum in supplementum probationis habeat locum in materia huius statuti si quis, si possessio, aut spoliatio non probetur, nisi per vnum testem, vide quæ dixi supra in glo. super verbis duos aut tres in iuramento sunt nouem tacitæ conditiones, quas ponit Bart. in l. fin. C. de non nu. pe. & secundum Inn. sunt quandoque tacitæ conditiones, quas ipse ponit in cap. quemadmodum. extra de iureiut †. Sed pone Titius me spoliauit Sempronio mandante, intentauit remedium dicti statuti contra dictum Sempronium mandatæm & proposui in supplicatione mea quod ipse Sépronijs me spoliauit: an erit fienda reintegratio? dic quod non, vt videtur velleInnoc. per ea, quæ ipse dixit in cap. inter dilectos de dona. in 1. glo. licet faciat in contrarium. l. sed & si possessori. in §. item si iurauerо. ff. de iureiut. Cautela est ergo in casu præsentis quæst. quod supplicatio porrigitur contra mandantem & eius complices per ea quæ loquuntur & not. in cap. ex parte. B. extra de foro compe. Qui tamen vellet tute agere, deberet concludere contra illum qui inmandauit ipsam spoliationem fieri, & tunc fiet reintegratio contra ipsum mandantem, de quo tetigi supra in glo. super verbo vel quasi ibi, vel an conditio, ex dicta Decretali, &c. Quia licet cōtra vtrumque scilicet mandantem, & illum qui fecit spoliationem comperat inter dictum unde vi. Tamen est differentia inter illum qui spoliauit & illum qui mandauit, in l. 1. §. deieciſſe. in fin. ff. de vi & vi armata. Ideo dominus. Dy. dictum §. deieciſſe. in fin. inducit ad quæſtionem. Si quis agat ex mutuo dicendo, quod ipse mutauit, seu numerauit, & nō probet numerosle: sed quod alius pro actore numerauit, quod sequi deberet sententia abſolutoria: quia ibi in dicto §. deieciſſe in fine. fit differentia inter factum domini, & factum familiæ ad quod. l. denique. ff. ex qui. caa. maio. † Sed an adhuc statutum locum habeat in illo qui claudit ita, iter quod non possum transire: an possim dici spoliatus, vel turbatus in possessione seu quasi tranſeundi, vide quæ plenè supra dixi in gl. super verbo vel quasi, in tertia quæſtione. Sed an Notarius Curiæ cui fuit commissa reintegratio sumptis per eum informationibus super possessione, & spoliatione poterit alteri committere reintegrationem quærendam, vel si poterit committere alteri receptionem informationum, & postea facere reintegrationem? credo quod sic: quia subdelegatus potest committere certum articulum secundum Archid. in cap. statutum. de rescrip. lib. 6. & ita seruat consuetudo, vt refert Spec. in tit. de delegato in §. 2. versi. sed

27 nunquid subdelegatus, &c. † Ulterius quæro si colonus vel inquilinus expulsus à possessione corporali rei sibi locatæ possit intentare remediu huius statuti si quis? dic quod non: quia ipsi non possident licet corporaliter detineant, sed præpositi domini possident naturaliter & ciuiliter, iuxta. l. si id quod. §. & per colonos, cum ibi not. per Doctor. ff. de acqñi. pos. facit l. si colonus eodem titulo. & tetigi supra in glo. super verbo probata possessione, ibi sed quid si non possim probare, competet tamen tali colono vi expulso contra violentum actio in factum vel officium Iudicis, sicut dicitur in commodatario vel depositario, qui etiam habent solam detentionem, ita dicit Ioaq. de Ferrariis in titulo libellus in causa spoliatae possessionis, in glo. prima in prima columnna: ibi aut nullum ius habet in re. Sed cum dominus possideret per colonum ipse dominus spoliatus possessione sua poterit intentare remediu huius statuti si quis, l. 1. §.

28 quod seruus. ff. de vi & vi arma. & in l. peregre. §. quibus. ff. de Acqui. pos. † Et quæ hic dico intellige in colono ad tempus si autem teneret vt colonus perpetuus & emphyteuta sibi & nō domino possideret secundū communem sententiam no. in l. 3. §. econtrario. ff. de Acquir. pos. facit glo. in l. 2. C. de præscrip. triginta vel quadraginta annorum. Ideo potest emphyteuta intentare remediu huius statuti si quis, vt etiam seruat in

tur in omnibus Curiis: sed quia si facto & culpa coloni dominus priuetur sua posses-
sione, puta si colonus meus alteri rem tradidit qualiter succurretur domino? dic quod
per conditionem ex l. si. C. de acqui. poss. dicerem etiam quod dom. possit intentare re-
medium huius statuti si quis, tam cōtra colonum quam tertium possessorem, cui colo-
nus dolosē tradidit, quia ambo dici debent violenti per dictum cap. ex parte B. cum
ibi notatis. extrā de foro comp. l. conditores. C. locati. Sed quo remedio succurretur
domino si colonus interuerat possessionē domini pretendens ipse colonus se posside-
re dic quod succurritur domino cōditione. ex l. non ab re. C. vnde vi. vt no. Io. de Ferr.
ybi suprā. in gl. 1. intererit. col. ibi aut priuat, quia interuerterunt possessionē, &c. Ac
etiam eidem do. poterit succurri remedio huius statuti si quis, cum per talem interuer-
sionem priuauerit do. possessione sua. vt supra dixi, & probatur in d. l. si. C. de acquir.
pos. Sed quid si emphyteuta alteri quam diuino soluat pensionem sive canonem? dic
quod ex hoc ipse colonus do. priuat sua possessione, & facit alium possessorem. ita di-
cit Ang. de Aret. in l. qui vniuersitas. §. quod per colonum. circa medium. ff. de acquir.
possideo etiam hoc casu domino cōpetit remedium huius statuti si quis, vel interdictū
vnde vi. † Quāro etiam si quis constitutus nomine meo aliquam rem possidere, & 29
finito precario per mortem, vel aliās ipse constituens, vel eius hāres recusat mihi talē
rem restituere: an potero intentare remedium huius statuti? crēdo quod sic: & similiter
intentari poterit interdictum vnde vi, & si tales violenti patiantur sententiam contra
se ferri, condēmnabuntur ad similitudinē inuasoris seu violēti, & non tamen ad ipsam
rem, sed etiā ad existimationem ipsius rei: aut perditionē iurum, si quod in ipsa re ha-
berent per d. l. conductores. C. loc. idem etiam à simili dicerem in illo qui retinuit sibi
volumfructum rei, cum per talem retentionē vſus. etiam transfertur possesſio. iuxta l.
quisquis. C. de don. cum similib. Ulterius quāro an in curiis Bannaretorum præsentis
patriæ Delp. possit intentari remedium huius statuti si quis, & videtur primo quod nō:
sed quod tantummodo debeat, & possit intentari in Curia Parl. & cæteris Curiis Delp.
immediatis per verba in d. statuto adiecta. ibi in decem marcas argenti fisci æratio ap-
plicandis. si enim pena contra violentos statuta debeat applicari fisci æratio: sequitur
quod solus Iudex Delph. immediatus debeat de materia d. statuti cognoscere ut d. poe-
nam applicet fisci æratio, quod non faceret Iudex Bannareti, cū nullus Procurator æra-
rio fisci in do. nostro Rege Delph. esse consueverit in Curiis Bannaretorum. Tum quia
Iudex Bannareti non est Iudex competens in causa fiscali concernente interesse dom.
nostrī Regis Delp. & sic ipse Iudex Bannareti applicaret poenam fisco Delph. diceretur
nulla sententia tanquam à nō suo Iudice lata. l. i. & 2. C. si à non suo Iudice lata. l. i. & 2.
C. si à non competenti Iudice. Sed quicquid disponat d. statutum in pena fisci æratio
applicanda, de stylo tamen Curiarum præsentis patriæ Delph. d. statutum si quis practi-
catur, & super eo iudicatur, etiam in Curiis Bannaretorum præsentis patriæ Delph. &
postea statuti applicantur Bannareto inter eorū subditos, qui stylus, & cōsuetudo satis
declarant, & interpretatur quod ita fuerit de mēte ipsius statuti ar. in l. si de interpreta-
tione. ff. de legib. & ita tollerat Curia Parl. Delp. & tollerari à lo. & tribus annis, ci-
tra à quibus incepit practicare in hac patria Delp. † Et non immerito, quia quilibet ha-
bens merum imperium habet fiscum ex quadā conscientia secundum Petr. la. vt scripsi
in decisionibus d. Curię Parla. c. 76. & ideo videmus notoriè, quod Bannareti habent
procuratores qui in assisiis vocantur procuratores fiscales, & in processib. describun-
tur procuratores fiscales: & si reintegrazione per Iudicē Bannareti facta appellent ap-
pellatur ad Iudicem Delph. & ipse Iudex causæ appellationum pronunciet bene iudi-
catum, reseruatur, & remanet super pena d. statuti decem marcarum bursæ Bannareti
cum ipse Iudex appellationū sequi debeat statuta, & stylum primi iudicis cum in eius

locum succedat l.pen.ff.iudi.solui,& ita seruat etiam stylus omnium Curiarum Delp.
 quando à Iudicibus Bannaretorum ad ipsos Iudices Delph. per viam appellationis re-
 31 curritur,& istud est notorium in hac patria Delp. † Ulterius quæro, si quis ministerio
 suorum mercenariorū & domesticorum alium spoliauerit possessione, domus, vineæ,
 vel prati, an ipsi mercenarij & domestici excusentur à poena d.statuti Si quis distingue-
 sic, aut in tali spoliatione interuenerunt vis armorum, & aliquæ iniuriæ ex quibus ipsi
 mercenarij notoriè poterant cognoscere ré esse cùtentiosam:& tunc incident in po-
 nem d.statuti, aut non interuenit aliquis actus iniuriæ, aut violétiæ in tali spoliatione,
 sed credebant ipsi mercenarij ré esse eorum do. seu magistri, & tunc excusantur à po-
 na ipsius statuti, vt hac distinctione colligitur ex dictis Bart.in l.nō solum §. si manda-
 to ff.de iniur. quem sequitur Alb.de Rosate.in l.si quis id quod ff.de iuri. om. iu. & de
 hac q.plene vide Io.de Ferrar.in tit.libellus super possessione turba.in gl.super verbis
 animo & intentatione turbandi,&c.vbi distinguit de sciézia vel ignorantia mercena-
 rij, & ibi vult quod mandans incidat, etiam in pœnam, quod facit pro materia huius
 statuti, vbi imponitur,&c. Vnū tamen singulare dicit Io.de Ferrar.ibidem quod facit
 ad materia in huius statuti Si quis, quod vbi ingrediens possessionē alterius protestādo
 quod non facit animo spoliandi aduersarium, sed pro conseruatione sui iuris quod nō
 incidit in pœna d.statuti, & ista fuit opinio Inn.in c.querelam.de elect.de qua opinio-
 32 ne Inn.tetigit in gl.super verbo, vel quasi. † Ulterius quæro an forenses ligentur hoc
 statuto si quis, verbi gratia, aliquis ciuis Lugdun. venit ad hanc ciuitatē Cratōn, mo-
 raturus, & post certum tépus spoliauit aliquē sua possessione, suæ domus vel alterius
 rei, an incidat in pœnam 10.marcarū argenti in ipso statuto cōprehensam, vide plenē
 per Spec.in tit.de constitutionib. per totum. Dic tamē circa hoc, quia aut ille forensis
 tanto tempore in hac ciuitate traxit mōrā quod verisimiliter potuerit scire dispositio-
 né d.statuti, & tūc incidit in d.pœnā, & ligatur d.statuto per ea quæ notat Ang.de Are.
 super rubr. ff. de noui operis nūcia. aut talis forensis non traxit mōrā in hac ciuitate,
 nec in hac patria Delp. tāto tempore, quōd verisimiliter potuerit scire dispositionem
 huius statuti si quis. & tūc non ligatur hoc statuto si quis. Nisi aliter probetur id cū sciū-
 se vel audiuisse dici, ista probātur ex dictis Bal.in l.cūctos populos,in 21.col, ibi circa
 maleficia aliquid videamus.C.de summa Trinitate & fide Catholica.& hæc determi-
 natio facit pro q.de qua supra proximè tetigi de mercenariis, quod mercenarij igno-
 33 rantes ré esse contentiosā non incident in pœna d.statuti si quis. † Sed an filius familias
 sine auctoritate patris, poterit intentare remedium huius statuti: credo quōd sic, cum
 hic agatur de momentanea possessione per l.momentaneæ cū gl.super verbo per quā-
 cunque. C. qui legitimā personā in iudicio stan.ha. Sed an filius hæres patris possit in-
 tentare remediu huius statuti si quis, vel interdictum vnde vi pro aliqua re hæreditaria
 de qua ipse filius nunquā fuit adeptus possessionē realē: videtur quod sic: quia licet in
 hæredē extraneū non transeat possessio sine reali apprehensione.iuxta l.cū hæredes.in
 pr.ff.de acqui possecus tamen est in filio in quem transit possessio sine apprehensione.
 vt voluit gl.in l.in suis ff.de libe.& posth & Inst.de hæredi. quæ ab intest. defe.in §.sui
 idem etiam sentit gl.in d.l.cū hæredes in solutione contrarij quam facit ad l.cū miles
 ff. qui ex causa. maio. idē sentit gl.16.q.; in c.Contrarium tamen tenet Bar.in d.l. cum
 hæredes.reprehendendo gl.ibi positā quem Bar. sequitur Bal.in d.l.cū miles hoc idem
 etiā tenent Ludo.de Ro. Ang.de Aret.in d.l.cū hæredes : de cōmutatione possessionis
 in successionē: dixi plene in Decis.Parla. q. 739. & q.355. de stilo tamen curiæ Franciæ
 continuatur possessio in quemcunque hæredē etiam extraneum vt plenē dixi post Io.
 Fa. in Decis.Curię Parl.q.552.vtrū is qui agit sumarie debeat eius persona legitimari,
 vt puta habere consensum si sit filius familias vel alias dic vt no. per Bar.in l.quānis.
 de edic.

de edic. diui Adri. tollēdo. † Pone offertur iudici supplicatio super remedio huius sta- 34
 tuti *quis*. in qua supplicatione deducitur spoliatio vno modo qui modus spoliationis
 non probatur per testes. tamen ipsi testes deponūt spoliationē fuisse factam alio mo-
 do quam in supplicatione deducatur sive proponatur. An hoc casu debebit fieri rein-
 tegratio forma huius statuti. credo quod nō per tex. cum gl. habebat in pr. ff. de insti-
 toria. facit etiam l. 1. §. deiecisse in fi. ff. de vi & vi arm. quē finem inducit Dy. ad quēst.
 quod si quis agat ex mutuo dicendo quod ipse numeravit & mutuavit Titio decem
 florenos & non probet numerasse. sed prober quod alius pro ipso auctore numeravit
 quod sequi debet absolutio. ita dicit ipse Dyn. per d. §. pro quo etiā facit quod dicit &
 tenet Cy. in l. 2. C. de prob. in q. fin. Consuleré ergo quod si actor ex pluribus modis &
 violentiis fuerit spoliatus & ipse actor in sua supplicatione non exprimat nec declaret
 modos violentiarū & spoliationis. sed dicat simpliciter se fuisse facto aduersarij spo-
 liatum: quia ita narrando videtur omne suum ius in iudicio deduxisse. vt no. per gl. in
 d. l. habebat ff. de institoria. & ideo reintegrabitur actor in sua possessione quoquomo-
 do spoliatio fuerit probata. Quia si ipse exprimeret in supplicatione vnu modū spo-
 liationis quē nō probaret nō fieret reintegratio positio quod probaretur alius modus
 spoliationis per supra alle. Si violentus ante reintegrationē possit pœnitere vt euitet d.
 pœnā o. marcarū argēti. vide quæ dixi supra in gl. super verbis vltra pœnas. † Sed an 35
 istud statutū debeat in causa per partem agentē produci sive exhiberi iudici: dic quod
 sic. vt Aut. vt iudices. sic ne quoquo suffragio. §. quid autem in provinciis. & hoc verū
 nisi sit notorium de quo dic vt scripti supra in gl. super verbo notoriae. verū licet istud
 statutum *Si quis* sit notorium in hac patria Delp. quia tamen tendit ad litis decisionē.
 iudex potest facere sibi exhiberi per agentem vel summatim debet se informare. ff. ad
 exhibendum l. 3. sciendum & §. ibidem. & hæc plene no. per Io. Fab. insti. de iure natu-
 rali in §. ex non scripto. de consuetudine autem non est dubium. quæ cum in facto cō-
 sistat debet probari. vt plene per Io. Fabri vbi supra. Non est tamen licitum ignorare
 generalem consuetudinem sicut nec generales reges. vt dicit Anto. de Are. in l. cūctos
 populos. C. de summa. trini. & fide catho. & Bal. in feud. in tit. de consuetudi. † Pone 36
 iudex Grayluod. vel alius iudex commitit notario curiæ suæ reintegrationem ex for-
 ma d. statuti *Si quis*. facta commissione. iudex delegans ad instantiam alicuius excom-
 municatur. Si d. commissarius impeditur procedere ad d. suam commis. dic quod
 non. quod secus est in officiali & vicario Episc. vt not. Spec. in tit. delegato. in §. restat
 videre. verl. quid si super duobus. in fi. vtrum sit agendum summarie in interdicto. vnde
 vi. dic quod non: sed ordine iudicario & solennitatibus iuris seruatis. vt tenet gl. &
 Bald. & Ang. in l. momentaneæ. C. vnde vi. Sed an in summarisi causis. sit fiat litis con-
 testatio. tenūcietur summarie cognitioni. vide Bar. in l. chirographis. §. ab eo ff. de ad-
 mi. tutorum. & ponit Archid. in cap. non solum. super verbo innouata. de appellatio-
 nibus lib. 6. † Quid significat verbum spoliatio. & quid verbum priuatio? dic quod 37
 spoliatio sonat in malum & in actu violentum. priuatio verò sonat in actum iudicia-
 riū. vt notatur per Gofredum. in cap. quia Clerici super verbo spoliando. de iure pa-
 tronatus. Quæro saspicans se posse repellē perdit ciuilem possessionem. an hæc quæra-
 tur ingresso clandestinè gl. & Bar dicūt quod sic. in l. sed & si nolit. ff. de acq. poss. & de
 materia huius statuti *Si quis*. vide in 128. Cons. meorum. Et hic finis præsentis appara-
 tus quem Deo dante inchoauit de hoc anno currente Domini. 1463. & die ii. mensis
 Ianuarij. Et finiui 21. die mensis Martij. inde sequentis anni prædicti. Ego Guido Pape
 inter legum Doct. minimus.

